Google

Это цифровая коиия книги, хранящейся для иотомков на библиотечных иолках, ирежде чем ее отсканировали сотрудники комиании Google в рамках ироекта, цель которого - сделать книги со всего мира достуиными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских ирав на эту книгу истек, и она иерешла в свободный достуи. Книга иереходит в свободный достуи, если на нее не были иоданы авторские ирава или срок действия авторских ирав истек. Переход книги в свободный достуи в разных странах осуществляется ио-разному. Книги, иерешедшие в свободный достуи, это наш ключ к ирошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все иометки, иримечания и другие заииси, существующие в оригинальном издании, как наиоминание о том долгом иути, который книга ирошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

Правила использовапия

Комиания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы иеревести книги, иерешедшие в свободный достуи, в цифровой формат и сделать их широкодостуиными. Книги, иерешедшие в свободный достуи, ипринадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, иоэтому, чтобы и в дальнейшем иредоставлять этот ресурс, мы иредириняли некоторые действия, иредотвращающие коммерческое исиользование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические заиросы.

Мы также иросим Вас о следующем.

- Не исиользуйте файлы в коммерческих целях.
  Мы разработали ирограмму Поиск книг Google для всех иользователей, иоэтому исиользуйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- Не отиравляйте автоматические заиросы.
  Не отиравляйте в систему Google автоматические заиросы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного иеревода, оитического расиознавания символов или других областей, где достуи к большому количеству текста может оказаться иолезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем исиользовать материалы, иерешедшие в свободный достуи.
- Не удаляйте атрибуты Google.
  В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он иозволяет иользователям узнать об этом ироекте и иомогает им найти доиолнительные материалы ири иомощи ирограммы Поиск книг Google. Не удаляйте его.
- Делайте это законно.
  Независимо от того, что Вы исиользуйте, не забудьте ироверить законность своих действий, за которые Вы несете иолную ответственность. Не думайте, что если книга иерешла в свободный достуи в США, то ее на этом основании могут исиользовать читатели из других стран. Условия для иерехода книги в свободный достуи в разных странах различны, иоэтому нет единых иравил, иозволяющих оиределить, можно ли в оиределенном случае исиользовать оиределенную книгу. Не думайте, что если книга иоявилась в Поиске книг Google, то ее можно исиользовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских ирав может быть очень серьезным.

О программе Поиск кпиг Google

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне достуиной и иолезной. Программа Поиск книг Google иомогает иользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый иоиск ио этой книге можно выиолнить на странице http://books.google.com/

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JOSEPHI DOBROWSKY

PRESBYTERI, AA. LL. ET PHILOSOPHIAE DOCTORIS,

SOCIETATIS SCIENTIARUM BOHEMICAE ATQUE ALIARUM

MEMBRI

INSTITUTIONES LINGUAE SLAVICAE DIALECTI VETERIS,

QUAE

QUUM APUD RUSSOS, SERBOS ALIOSQUE RITUS GRAECI, TUM APUD DALMATAS GLAGOLITAS RITUS LATINI SLAVOS IN LIBRIS SACRIS OBTINET.

CUM TABULIS AERI INCISIS QUATUOR.

VINDOBONAE,

SUMTIBUS ET TYPIS ANTONII SCHMID, C. R. P. TYPOGRAPHI.

MDCCCXXII.

Digitized by Google

TAYLOR INSTITUTION
LIBRARY
26 MAR 1928
OXFORD

Digitized by Google

Praefatio.

§. 1.

Sermo Slavenicus, rectius Slovanicus aut Slovenicus, sensu latissimo sumptus in duo genera idiomatum dispescitur: in Idioma ordinis primi (A); et in Idioma ordinis secundi (B).

Horum idiomatum characteres sunt:

	A.	B.
1.	раз' : разȣм.	роз : розȣм.
2.	из : издати.	вы : выдати.
3.	л epentheticum:	
	корабль.	корабь.
	землѧ.	земѧ.
	поставлен	поставен.
4.		д epentheticum:
	сало, крило,	садло, кридло,
	правило.	правидло.
	молитисѧ.	модлитисе.
5.	пещи, мощи.	пеци, моци.
	пещ, мощ.	пец, моц.
	(печи, мочи).	

(*) 2 б.

6. звѣзда, цвѣт.	гвѣзда, квѣт
7. тъ, (той).	тен.
8. пепел.	попел.
9. птица.	птак.
студенец	студница.
10. десница.	правица.

Secundum hos characteres si dialectorum species, quarum Grammaticae prostant, examinentur, quinque earum sub A, aliae quinque sub B comprehendentur, et quidem:

Sub A.	Sub B.
1. Russica.	1. Slovacica.
2. Slavica vetus.	2. Bohemica.
3. Illyrica seu Serbica.	3. Sorabica seu Vendica in Lusatia superiori.
4. Croatica.	4. Sorabica in Lusatia inferiori.
5. Slovenica s. Vindica in Carniolia, Stiria, et Carinthia.	5. Polonica.

Differunt autem dialecti, etiam ejusdem ordinis, non solum vocabulis, sed maxime formis et flexionibus. Linguae Slavicae veteris, quam Caramanus aliique literalem, alii liturgicam aut ecclesiasticam appellant, characteres et discrimen ab aliis facile nunc ex Gram-

ma-

Digitized by Google

matica hujus linguae cognoscent ii, qui de vera ejus indole judicare voluerint.

§. 2. Alphabeti slavonici auctorem Constantinum philosophum, alias Cyrillum dictum, encomio celebravit Johannes VIII. Pontifex in epistola ad Svatoplukum. »Literas sclavonicas, inquit, a Constantino quodam Philosopho repertas, quibus Deo laudes debitae resonant, jure laudamus». Initium translatorum in linguam slavicam ab eo et fratre Methodio librorum sacrorum, ad officia Missae celebranda maxime necessariorum, in Bulgaria factum fuisse, testatur Biographus Clementis Archiepiscopi Bulgariae. Ad Moraviam et Pannoniam circa annum 863 evocatus Methodius »noviter inventis slavinis literis«, ut loquitur Anonymus de Conversione Carantanorum, inducto nimirum ritu slavico id effecit, ut populo vilescerent Missae et Evangelia ecclesiasticumque officium eorum, qui hoc latine celebrabant. Frustra itaque egit, qui nobis Alphabetum Proto-slavicum e Codice sec. XIII., quem centum annis Cyrillo antiquiorem somniavit, obtrudere voluit; frustra etiam ii, qui clericorum Dalmatiae traditionem seculo XIII. ortam de Hieronymi Versione slavica literis dalmaticis (glagoliticis) perscripta pluris aestimant, quam documenta legitima. Nec me movet Nicolai clerici Arbensis, qui Psalterium slavicum ad Hieronymi ex Hebraeo versionem accommodatum anno 1222 descripserat, suspecta adnotatio, se Psalterium hoc de-

descripsisse ex eo, quod Theodorus ultimus Archiepiscopus Salonitanus scribi fecerit. Voluit nimirum Nicolaus scriba fucum facere lectori, et eum hac ratione inducere; ut crederet jam ducentis annis ante Cyrillum versionem slavicam Psalterii exstitisse. Nec mirum id Scemensi (Seniensi) episcopo jam fuisse persuasum, qui petens ab Innocentio IV. licentiam, sacra peragendi lingua slavonica, traditionem clericorum asserentium, se literam specialem, quam observarent in divinis officiis celebrandis, a B. Hieronymo habere, etiam apud summum Pontificem valere posse credidit. Concessit licentiam Pontifex an. 1248 hisce verbis: »Nos igitur attendentes, quod sermo rei et non res est sermoni subjecta, licentiam tibi, in illis duntaxat partibus, ubi de consuetudine observantur praemissa, dummodo sententia ex ipsius varietate literae non laedatur, auctoritate praesentium concedimus postulatam«.

Ab hoc itaque tempore distinguenda sunt duo Alphabeta Slavonica, alterum Cyrillicum, alterum Hieronymianum dictum. Distinguendus quoque ritus Slavo-graecus a Slavo-latino, quorum primus Codicibus Cyrillicis (Russicis, Serbicis, Moldavicis, Bulgaricis), alter Codicibus Glagoliticis continetur.

§. 3. Cyrillo, ejusque fratri Methodio, Slavicas ecclesias debere primam versionem librorum sacrorum, prorsus dubitare non licet. Si vero quaeras, quos in specie libros e graeca lingua in slavicam transtulerint, non facile

Digitized by Google

cile reperias testem idoneum, qui accuratius nos hac de re doceat. Diocleatis testimonio si fidem tribuas, audies: »Constantinum (Cyrillum nimirum) literam lingua slavonica composuisse, commutasse Evangelium Christi atque Psalterium et omnes divinos libros veteris et novi testamenti de graeca litera in Slavonicam, nec non et Missam Presbyteris ordinasse more Graecorum.« Alii similia tradunt, adduntque Odarum librum, ab octo tonis Octoechum dictum. Strzedowskius cum in Annalibus Sarnicii legisset, Erfordiae in Bibliotheca Reuchlini servari manuscriptum exemplar characteribus slavonicis exaratum libri Cyrilli Alexandrini contra Julianum, suspicatus est etiam hunc a Cyrillo nostro fuisse conversum. At cavendum profecto, ne librorum slavonicorum, qui fortasse aliquot seculis posterius translati sunt, Cyrillum interpretem fuisse statuamus. Nec scio, quid moverit editores, ut libri минеа wбщаа dicti anno 1600 editi auctorem Cyrillum Philosophum, Slavorum et Bulgarorum doctorem, dicerent, siquidem titulus libri iis verbis conceptus sit, quae Sopikovius in Bibliotheca Russica recitat. Idem etiam editionem principem Evangeliorum sine anno in fol. editorum N. 274. descripturus prolixo titulo a se concepto adjecit, Evangelia e Graeco fuisse in Slavonicam linguam seculo IX. a *Methodio et Cyrillo*, Slavorum episcopis, conversa. Quae *quidem etsi* vero similia sint, tamen titulo libri non *erant inserenda*, sed in notula aliqua subjungenda, uti

N.

N. 725, postquam N. T. editiones consignasset, factum est, ubi Nestoris, qui tamen hoc in capite interpolatus esse videtur, testimonium pro Methodio et Cyrillo tanquam auctoribus versionis N. T. adducitur, quamvis Nestoris verba non de integro novo Testamento, sed de Evangeliis, Actis et Epistolis, minime vero de Apocalypsi intelligenda sint, cum hujus in ecclesiis Graecorum nullus sit usus. E veteri Testamento praeter Psalterium, cujus usus semper maximus fuit, certe vix aliud, quam paucae lectiones e quibusdam libris a Cyrillo aut Methodio seculo nono conversae sint. Hoc ex iis, quae Johannes VIII. in epistola ad Svatoplukum Moraviae ducem de libris slavicis pronunciavit, consequi videtur. »Nec sanae fidei aut doctrinae, ita ille, aliquid obstat, sive Missas in eadem Sclavonica lingua canere, sive sacrum Evangelium vel l e c t i o n e s divinas novi et veteris Testamenti bene translatas et interpretatas legere, aut horarum officia omnia psallere.»

Facto feliciter per Cyrillum initio non defuere alii, qui coepta continuarent. Dominum Kolajdovič cujusdam libri Johannis Damasceni versionem slavonicam a Johanne Bulgariae exarcho seculo IX. factam nuper detexisse, eundem etiam proxime editurum sermones Cyrilli, episcopi Turoviensis sec. XII., Annales literarii Vindobonenses Tom. XIV. indicant. A Johanne presbytero Exarcho conscriptum (съписано) Hexaemeron Basilii, descriptum an. 1263, vidit in bibliotheca synodali

Mos-

Digitized by Google

Mosquae Dn. Vuk Stephanovich, pluribusque de eo egit in literis serbice scriptis (писмо) Vindob. 1821 editis. Ad finem sec. X. libri liturgici slavonici cum sacris Christianorum ad Russos pervenerunt, quorum duces sec. XI. interpretes librorum e Graeco transferendorum liberaliter aluere. Hoc tempore et Chronicorum lingua slavonica scriptorum initium factum est per monachum Kieviensem Nestorem, quem mox alii imitati sunt. Circa annum 1030 etiam S. Abbatem Procopium Bohemum, quem literis slavonicis a Cyrillo inventis canonice imbutum annales domestici tradunt, monasterium Sazaviense in Bohemia erexisse, et in id fratres regulam S. Benedicti professos lingua slavonica in sacris utentes induxisse scimus. Hos ob suspicionem haereseos Latinorum odio sub Spitigneo duce loco motos, ex Ungaria revocatos benigne recepit Wratislaus, qui et usum linguae slavonicae in sacris a Gregorio VII. Bohemis concedi frustra postulavit. Post Wratislai obitum latinis monachis inductis fratres ritus slavici alio commigrarunt; relictis quidem libris slavonicis in monasterio, qui tamen temporis lapsu omnes periere.

§. 4. In Russiae bibliothecis qui, quamque antiqui reperiantur codices biblici, e catalogis, quos Griesbachius primo et secundo Volumini Novi Test. graeci praefixit, cognosces. Sunt inter eos Bibliorum integrorum codices tres; Novi testamenti cum Apocalypsi codex unus, qui Alexii Metropolitae manu scriptus creditur. Novi testa-

menti

menti sine Apocalypsi unus. Quatuor Evangeliorum codices tres. Evanglistaria (lectiones ex Evangeliis continentia) duo. Apostolus integer, Acta et epistolas Apostolorum continens, unus. Codices Apostoli quem апракос (i. e. *ἄπρακτος*) vocant, lectiones ex Actis et Epistolis continentes, tres. Epistolarum Pauli cum Commentario unum. Apocalypseos, cum Andreae Caesariensis Commentario, duos. Horum plerosque vidi partim Petropoli, partim Mosquae, et examinavi, e quibusdam etiam specimina dedi. (Vide Gramm. p. 70 et 672 et sqq.). Veteris testamenti libros, praeter Psalterium, vix ullos spectare licet, qui seculo XV. antiquiores sint. Inter Codices slavicos Bibliothecae Coislinianae San-germanensis, quos Montfauconius in Bibliotheca bibliothecarum Mss. enumeravit, reperitur N. 2. Veteris Testamenti codex unus, Nr. 3. quatuor Evangeliorum codex unus, N. 12. liber Tobiae, N. 22. Evangelia cum notis charactere elegantissimo et antiquissimo. Patrum et scriptorum ecclesiasticorum opera longe plura ibidem consignata leges. De horum omnium aetate altum silentium. Idem Montfaucon in Diario Italico indicat in armario bibliothecae Ambrosiane esse »codicem Rutheno charactere, quem vocant S. Cyrilli, argenteis tabulis compactum, in queis anaglypha«. Constat vero ex responso bibliothecarii Bugati, quod in adversariis Fortunati Durich legitur, codicem hunc continere quatuor Evangelia, sec. XV. scripta.

Re-

Digitized by Google

Refert porro in Itinerario Bernardus Montfaucon Codicem Ruthenicum de officio divino in Bibliotheca Ducis Mutinensis, et codicem non spernendae vetustatis, in quo Psalmi charactere slavico, in coenobio Canonicorum regularium S. Salvatoris Bononiae a se visos. (Vide ex eo specimen N. VIII. p. 686). Inter codices Slavonicos bibliothecae regiae Berolinensis memorat La Croze haberi disputationem Gregentii in manuscripto 400 fere annorum integram, cujus operis initium, cum in Codicibus graecis absit, a se latine conversum Alberto Fabricio miserat. E codicibus Ruthenicis, quos in Specimine codicum manuscriptorum bibliothecae Zaluscianae Janoykius an. 1752 descripsit, quidam vetustiores et praestantiores memoratu digni sunt. In folio Ritualia duo N. CCXI et CCXII. In quarto Codex membranaceus remotissimae antiquitatis, judicio Janoykii, e bibliotheca Meletii Smotriscii, Archiepiscopi Hierapolitani, Archimandritae Dermanensis, continens Canones Apostolicos, N. CCCLXXXV. Codex antiquissimus membranaceus N. CCCLXXXVI., cui inest Synaxarium de Sanctis Ecclesiae Ruthenicae. E minoribus Codex perantiquus N. CCCCLXXXVII. in membrana tenui, literis minusculis aureis exaratus, quo continetur Officium de S. Vladimiro. Integrum officium latine reddidit atque in Appendicem ad Specimen Ecclesiae Ruthenicae p. 1—15 intulit Ignatius Kulczinski. Menologium

Sanc-

Sanctorum Ruthenorum N. CCCCLXXXVIII, forma minima, in membrana tenuissima, literis minutissimis scriptum. Liber liturgicus N. CCCCLXXXIX, vetustissimus in charta nitidissima, literis elegantissimis, magna ex parte coccineo colore pictis consignatus. — »Carus et jucundus haberi meretur, (hoc manus recens adnotavit), quoniam Cosacis in cruentissima illa ad Beresteciam pugna a Nostris cum multis aliis spoliis est detractus, A. D. 1651 in Julio.« Hos et alios dum e Russia rediens an. 1793 mense Januario Warsaviae inspicere vellem, responsum mihi fuit, illos pridem a possessore Zaluscio Ecclesiasticis Slavo-graeci ritus fuisse donatos. Mirum videri possit, inter omnes a Janoykio recensitos nullum esse codicem, qui Evangelia aut Apostolum contineat, cum tamen Evangeliorum codicem in charta scriptum Lundii, et alterum a Sparfwenfeldio e Russia allatum Upsalae viderim.

Codices Ruthenicos duos bibliothecae Vaticanae, quorum alter lectiones evangelicas per anni circulum secundum ritum ecclesiae graecae, alter quatuor Evangelia continet, descripsit Jos. Sim. Assemanus in Calendariis Slavicis. Matthaeus Sovich eos rectius Cisdanubianos quam Ruthenicos appellare maluit, cum Serborum more in iis ε pro ѧ scribatur. Primum Assemanus sec. XI. esse censuit. Hujus lectiones cum textu Speciminis VII. p. 679 convenire observavimus, excepta Orthographia. E secundo p. 75. specimen adduxi-

damnus. Cum is Joh. 1, 1. вначелѣ pro искони legat, seculo XIII. scriptus esse non potest, sed ad finem sec. XIV. aut sec. XV ineunte. Tabulas Capponianas, Calendarii Sanctos repraesentantes, quas in eodem opere apte explicavit, facile admiserim a Serbicis monachis circa annum 1300 fuisse pictas.

Chronicon Constantini Manassis, quod eadem bibliotheca servat, anno 1350 scriptum slavonicus interpres Regi Bulgariae Johanni Alexandro dedicavit. Codicem cyrillicum, anno 1406 scriptum et Duci Spalatensi Hervojae Bosnae Starostae dicatum, Acta et Epistolas continentem, Facciolatus Benedicto PP. XIV obtulit. Alium graeci ritus antiquum codicem in peculiari bibliotheca ejusdem Pontificis extantem, qui Novum Testamentum cum Psalterio continebat, examinarunt Caramanus et Matthaeus Sovich. Hic eum cisdanubianum (i. e. Serbicum) appellat, additque se eum non satis commode examinasse, et id circo aetatem ejus statuere non potuisse.

Praeter duos ab Assemano descriptos Codd. vaticanos tertium Caramanus in Apologia (Considerazioni) Cap. CXXXVIII. nominavit et examinavit. Continet Psalterium, decem Cantica, Canones et Officium B. Virginis ritu graeco. Charactere tam minuto et antiquo exaratum dicit Caramanus, ut forte non reperiatur codex, qui similes literarum figuras habeat. Has ille in Apologia calamo efformatas exhibet. D. Mich.

Bo-

Bobrowski Canonicus Vilnensis graeci ritus, cum Codicem hunc nuper Romae inspexisset, eum in literis ad D. Kopitar his verbis descripsit: »Reperi etiam Codicem membranaceum in 16. nitide exaratum, continentem Psalterium et hymnum acathisticum (акаѳїстъ) Slavonica quidem lingua, sed charactere scriptum mirum in modum reformato ex Cyrilliano, quum Alphabeti literas vix non omnes mutatas aut potius mutilatas exhibeat, videlicet pro Cyrilliano а scribendo etc. (Literarum figurae typo exprimi non possunt) ita, ut scriptor, quisquis ille fuerit, artem tachygraphicam fingere videatur. Codex pertinet ad recensionem Danubianam, aetatis posterioris«.

Cyrillicum Bosnensem parvum codicem graeci ritus apud se exstitisse Matth. Sovich refert. Complectebatur is Apocalypsim, cum initio Evangelii S. Joannis. Scripsit eum Radosav Christianus Gonsavo Christiano diebus regis Tomaш et avi Ratko. In postremo folio versus 13. cap. 2. epist. ad Titum glagolitico charactere sed non obvio perscriptus erat.

Evangelia slavonica lingua exarata religiose Remis servata, quae reges Galliae coronandi praestando jusjurandum tangere solebant, furor tumultuantium, proh dolor! igni tradidit.

Venetiis in bibliotheca S. Marci ante annos 26 examinavi codicem Novi Testamenti Serbicum, membraneum in 8vo, apud Griesbachium N. 11. Hic quamvis

in

in fine mancus (desinit enim Hebr. 1, 6.) continet tamen et Apocalypsim post Evangelium Johannis. Nominavi eum p. 676 et potuissem ex eo lectionem cum textu speciminis VI. conferre. Legit enim Luc. 1, 3. изволисе мнѣ хождшꙋ испрьва — дрьжавны теwфиле. Voce хождшꙋ utique aptius graecum παρηκολουθηκότι exprimitur, quam corrupto, ut videtur, vocabulo хꙋжшꙋ. Post Apocalypsim inserit narrationes: a) de decem verbis scriptis in tabulis lapideis. b) Dorothei episcopi Tyri de 68 discipulis Domini. c) Epiphanii de Apostolis. d) De Pauli ortu et martyrio. Prologi praemittuntur Actis, epistolis canonicis, sed longior Pauli epistolis. Cum се pro сѧ, есамь pro есмь, et алфа pro алфа in eo legatur, patriam ipse prodit suam. Nec male in catalago «serviano idiomate» scriptus esse censetur. Adest et alius codex, idiomate serbiano, chartaceus in fol., qui odas, et lectiones pro festis SS. per menses Septembrem et Octobrem continet.

Paulus Solarich in memoriis literariis (помишк книжеский) an. 1810 Venetiis editis, memorat se vidisse, apud D. Johannem Pericinotti ICtum, Biblia slavonica, manu Monachi Gabrielis anno mundi 6937 (Christi 1429) sub duce Moldaviae Johanne Alexandro et ejus uxore Marina, in monasterio нѣмц pulchre descripta. Per Biblia hic partem aliquam Novi Testamenti intelligi haud dubito, cum de codice aliquo, qui integra Biblia contineat, ante annum 1499 nullum

sit

Digitized by Google

sit indicium. Existimavit quidem Caramanus ex Inventario rerum mobilium, quae 1475 princeps Frangipani Vegliam miserat, colligi posse, praeter Missalia Illyrica (literis glagoliticis scripta) etiam sacra Biblia extitisse; sed metuo, ne de Bibliis latinis hoc intelligi debeat, aut de lectionibus e libris biblicis, quales in Breviriis obviae sunt. Bibliorum versionem illyricam, quam in Seminario Poglicensi Prici non procul Almissa extare Appendini in notitiis historico-criticis perhibet, vulgari lingua et recentius confectam arbitror, Latinoque charactere conscriptam, non Glagolitico aut Cyrilliano

E Parisino uno specimen leges N. X. et ex altero lectiones p. 691. Ex iis, quos Bern. Montfaucon enumerat, velim codicem veteris Testamenti examinari, u de aetate codicis aut saltem de libris in eo contenti certiores reddamur.

Lubet et Angliam invisere. Servat Bibliothec Bodlejana in Academia Oxoniensi codices Russicc (certe Slavonicos; an in Russia scriptos?) duos; impressc longe plures exhibet Catalogus A. 1674 editus, e quibı hic non nisi Preces lingua serviana, Ven. 1527 8. et Biblia Ostrogiensia 1581. nominare licet. Rariores pronunciarem Grammaticam Slavonicam Vilnae 151 8. et aliam Ostrog. 1518, nisi mendum cubaret in n meris. Constat enim ex accurate delineatis titulis, qu D. Holmes Altero miserat, primam esse Lauren Zizaniae Grammaticam 1596, et alteram esse eleme

ta-

tarem libellum pro pueris, non Ostrogiae sed Vilnae 1618 impressum. Henricus Wharton in Auctario historiae dogmaticae Usserii Apostolum hisce descripsit: »Extat etiam MS. in bibliotheca Lambethana codex lingua et literis Slavinicis (quales a Cyrillo inventae dicuntur) pulcherrime exaratus. Illum animadverti continere Acta Apostolorum (D a e a n i a A p o s t o l e s c a), et alia quaedam, forsitan Epistolas Pauli, Canonicas et Apocalypsim, cum Liturgia ad finem addita. An versio Cyrillo debeatur necne, non habeo quod affirmem, cum linguam minime intelligam». Ita ille satis modeste. At certe fallitur in eo, quod Canonicas post Pauli epistolas nominet, et Apocalypsim et Liturgiam etiam codice hoc contineri putaverit. Ejusmodi libri, qui праξεω (pro πράξεων) seu Apostoli appellari solent, nil aliud comprehendunt, quam Acta, Canonicas, Pauli epistolas et Synaxarium seu collectionem mensium. Tales sunt apud Griesbachium Ribayanus N. 5, quem nunc Budae servat bibliotheca nobilis Domini de Jankovics, N. 7. Petropolitanus, N. 8. Vindobonensis, cujus lectiones Alterus in Novo Test. Graeco exhibuit, chartacei omnes; addam infra Vindobonensem membranaceum, qui post Alteri editionem N. Test. graeci Bibliothecae Caesareae accessit.

Codices Pragenses Evangeliorum chartaceos duos, apud Griesbachium 4. et 7. paucis descripsimus. Primus, familiae Serbicae, in bibliotheca regia publica, retinet

vocabula antiquiorum Codicum. Habet enim vocem година pro час, ктер pro нѣкый, книгы pro писаніе, опона pro завѣса, вдѣ pro вложи, нечю pro неѹвѣдѣ, отежчени pro ѡтагчени etc. Alter, quem e Russia an. 1793 Pragam allatum servo, frequenter confundit ж et а, ut solent codd. Moldavici; legitque, ut alia taceam, само, huc, pro сѣмо.

Monasteria Serbica in Sirmio si lustremus, magno numero se nobis offerunt codices biblici atque liturgici, immo et historici. Horum plerosque consignatos lego in descriptione Monasteriorum an. 1772 facta, quae olim Fortunato Durichio pro augenda Bibliotheca Slavica communicata fuit. In monasterio крѹшедол inter 51 ibidem inventos recensentur quatuor codd. Evangeliorum; duo an. 1540 et 1579 scripti, et duo sine anno. Scala coelestis (лѣствица) dictus, e Graeco translatus 1453 sumtibus Georgii Brankovich Despotae. Jus canonicum an. 1453. Vita S. Chrysostomi Semendriae sub Lazaro Despota an. 1458, alia an. 1593. Typicum seu norma Cerimoniarum ecclesiasticarum 1574, Cantiones festivales vulgo Postile. Sermones 1519. Regulae vitae christianae 1558. Libri ecclesiastici quatuor. De aliis in genere notatur: »alii porro sunt, quorum etsi titulus et annus emanationis ob vetustatem attritorum resciri non poterat, quantum tamen ex contextu colligere licuit, partim ecclesiastici, partim vero historici argumenti esse dignoscuntur«. E novem in monasterio Reme-

me-

Digitized by Google

meta consignatis notari merentur Evangeliorum liber 1684. Duo Psalteria sine anno. Homiliae Gregorii Nazianzeni 1629. Liber ecclesiasticus Mincj dictus 1568. Inter 17 consignatos in monasterio Opovo praecipui sunt Evangeliorum tres, quorum primus an. 1630, alter typo veteri illyrico editus, 1675 argento obductus fuit. Psalteria 1622. Aliud cum expositione 1637. Panegyricus 1509. Menaea, Prologi, Octoechus, Typicon. Liber Hymnorum seu Troparium ad SS. 1615, ad B. Virginem 1654. Jus canonicum (закONNИK) scriptum in urbe Jassy (Яш) per Damianum Grammaticum 1495.

In monastercio Jaзak inter decem Mss. reperti sunt duo libri Evangeliorum sec. XVI., duo Apostoli quorum unus 1541 scriptus fuit; duo Psalteria, ac praeter Menaea, Prologos, Ephremi Syri librum ad Monachos 1577, Vita et Encomia Regis Урош conscripta per Paisium Patriarcham Pekiensem 1642. In monasterio Бешеново quatuor libri Evangeliorum 1536, 1575, 1592 conscripti, quarti annus ob vetustatem dignosci nequit; Acta et epistolae 1652, praeter septem libros Menaeorum, Jus canonicum, Typicum. — In monasterio Шишатовац libri Evangeliorum duo, unus an. 1560, alter in membrana, ejusdem aetatis cum Apostolo (Lectionibus ex Apostolo). in membrana in Patriarchatu Pekiensi, regnante Stephano tertio Урош Rege Serborum, jubente Archiepiscopo Nico-

 de-

demo per hieromonachum Damianum 1324 scripto, quem mox pluribus describemus. Acta et epistolae in monte Atho descriptae 1670, praeter quinque Menaea, Panegyricum Sanctorum 1545, Liturgiarium seu Missale a Johanne Alexandro, filio Jeremiae Vojvodae Moldaviae 1596 huic monasterio transmissum, atque alios. — In monasterio Кѹвеждин Psalterium valde attritum, Menaeorum libri decem, quorum tres sec. XVI. scripti, Dorothei Sermones ascetici, Exhortationes ad Monachos. — In monasterio Pribina Glava Evangelia 1560, Apostolus 1646, Psalteria tria 1643, 1646, 1654. Vita S. Athanasii in monte Atho scripta 1646. Menaeorum libri duo, Triodion 1563, Prologi 1560, praeter librum Canonum, et Panegyricum SS. 1615. — In monasterio Rakovaц Apostolus, Psalteria duo; praeter Vitas nonnullorum Sanctorum, scriptas 1592 in monasterio Bosnensi Озрен dicto, et librum Prolog.

Non miror, nullum Veteris Testamenti codicem inter tot Evangelia et Apostolos reperiri, cum ipse Constantinus Ostrogiensis dux fateatur, in omnibus regionibus nullum fuisse inventum, qui V. T. libros complecteretur. In ipsa etiam universa Russia nonnisi tria exemplaria Bibliorum integrorum (excepto tertio Macchabaeorum libro) manuscripta extant. Chr. Fr. Matthaei in Appendice II. ad Apocalypsim de Novi Testamenti libris haec an. 1785 pronunciavit: »Codices Sla-

vo-

Digitized by Google

vonicos, ita ille, qui omnes Novi Test. libros contineant, paucos eosque recentiores et in charta scriptos vidi. Hujusmodi est unus in forma maxima, qui in bibliotheca SS. Synodi Mosquae servatur. Secundum vidi in monasterio S. Trinitatis, Sanctique Sergii. In utroque annus et nomen scribae, si recte memini, notata sunt«. Utrumque ego codicem, integra Biblia continentem, anno 1792 lustravi Mosquae; nam et secundus e monasterio S. Trinitatis post cl. Matthaei abitum ad Bibliothecam Synodalem perlatus fuerat. Hic autem caret nota temporis. Primus vero an. 1558 per monachum Joakimum scriptus est. Tertium vetustius exemplar Petropoli Mosquam 1791 missum, catalogo Synodalis bibliothecae, quae 649 libros slavonicos et inter hos antiquissimos non paucos servat, 7. Jul. 1792 inscriptum fuit. E quo, cum exemplar ipsum in cista sigillo munita inspicere non licuisset, notavi Biblia haec an. 1499 scripta fuisse sub magno Duce Joanne Basilii F. et Metropolita Simone, in domo Archiepiscopi Novogrodensis Gennadii. Etiam ex iis Evangeliorum et Apostolorum codicibus, quos e catalogo typographei Synodalis recitat Matthaei, multi ad Bibliothecam Synodalem translati fuerant, quorum plerosque ibidem inspexi. In catalogo monasterii Novae Hierosolymae quinque Evangeliorum exemplaria consignata legi; at bibliothecae a Nicone Patriarcha variis et raris libris ecclesiasticis ditatae codicibus voluta-

tis

tis non nisi lectionaria et unum Evangeliarium seu quatuor Evangelia integra reperi. Codex hic chartaceus in fol., emtus 1430 per hieromonachum Athanasium Russum in Monte Atho in Pantocratoris laura, translatus fuit in urbem Tver sub Magno Duce Boris Alexandri filio monachophilo, et datus S. Mariae Dei Genitrici 1436 sub hegumeno Jona. Procul dubio et alii libri in monte Atho scripti, in Russiam perlati sunt. De Basilii Hexaëmero cum praefatione Joannis Exarchi Bulgariae, qui in bibliotheca Synodali N. 325 servatur, certo constat, id in laura Chilandar A. 1263 manu Grammatici Theodori descriptum esse. Vide specimen ex eo in Vukii literis (писмо) p. 11. Rituale Serbicum (Trebnik) in monte Atho an. 1624 scriptum fuisse catalogi perhibent.

In catalogo bibliothecae Academiae Petropolitanae, A. 1768. confecto, 232 Mss. omnis generis et aetatis consignata reperio, quorum aliqua Joh. Bacmeisterus in descriptione ejusdem bibliothecae nominavit. Evangelia in membrana A. 1317 non sunt integra, sed Evangelistarium, apud Griesbachium N. 2.; Evangeliorum codicem alterum (apud Griesbachium N. 3.) perhibet ille scriptum a. 1392. Ego notam chronologicam frustra quaesivi, quamvis de vetustate ejus non dubitem. At Seculo XIII. antiquiora Mss. ibidem non exstant. Et Menaea Aprilis in membrana non sunt 1296, sed 1396 scripta, seu anno Mundi 6906, non

6806,

Digitized by Google

6806, ᴀ enim denotat 900. E seculo XIV. adduxit Dionysii Areopagitae de coelesti Hierarchia librum per monachum Isaiam translatum A. 1371 (corrige 1471), Menaeum Martii 1348, Ephremi Syri sermones in membrana 1377, Octoechum 1387 in charta.

Utinam montem Atho sine periculo adire liceret! Inde profecto tot Patrum et Historicorum opera, olim in bibliothecam Seguerianam illata, accepta sunt. Vix tamen credo antiquiores ibi codices adhuc servari, quam sint Evangelia Ostromiri (1057) et Ducis Mstislavi, nuper detecta in Russia, quorum pleniorem notitiam desiderem. In his certe et aliis aetate supparibus antiquam Cyrilli versionem contineri haud dubito. Quis non optet, ut haec ceu linguae Slavicae monumentum antiquissimum, et ad Criticam sacram insigne subsidium, aliquando prorsus immutata ac characteribus vetustam formam referentibus in lucem edatur. Huic ego operi, quo universa gens Slavica et gloriari et proficere posset, lubens consecrarem operam meam, si quis Maecenas sumtibus ferendis par inveniretur.

Sed jam Vindobonam redeamus. Caesarea bibliotheca servat Tetraevangelii codices duos chartaceos in folio N. 355 et 356. Horum primus a principe Petro, senioris Stephani Vojvodae Moldaviae filio monasterio Xeropotamiensi an. 1535, alter a Krunia, dicta Monacha Maria, an. 1651 ecclesiae SS. Michaelis et Gabrielis in urbe Belgrad donatus fuit. Ex utro-

que

que lectiones excerpsit sedulus Alterus pro editione sua N. Test. graeci. In Cod. Belgr. librarius ѫ et ѧ confundere solet, quod Alterum saepe fefellit. Xeropot. Serbicorum codicum more ѥ pro ѧ amat: сѥ pro сѧ, петь pro пѧть, хотеи pro хотѧи. Discrimen inter ы et и rarius negligit, at inter ъ et ь fere semper, ubique pro ъ scribendo ь; porro euphonicas vocales ѥ aut о ante ρ et λ non inserit, sed ь apponit literis ρ et λ: прьвѣньць, влькь, вьстокь. Ex Adversariis Fort. Durich, qui diligentius ratione Orthographiae utrumque olim examinavit, lubet differentias utriusque paucas notare. E Matthaeo: ѿ грѧдѹщаго гнѣва, Belgr. бѫдѫщаго; имами, Belgr. имамы; гредїи, Belgr. градыи; нѥго, Belgr. нѥго; нъ, Belgr. нѫ; землю, Belgr. земле; нынꙗ, Belgr. нынѣ; ѥзыкь, Belgr. ѧзыкь; начеть, Belgr. начать. E Marco: поѧс оусніань, Belgr. п. оусмѣнь; въ врѣме, Belgr. въврѣма. E Luca: многыи, Belgr. многы; званнымь, Belgr. званнымь; соуть вьсѧ, Belgr. сѫть вьсѣ; село, Belgr. село alia sede accentus; ѥ eos, Belgr. ѧ; мѥ, Belgr. мѧ; поѥх, Belgr. поѧх; нищеѥ и бѣдные, Belgr. нищаѧ и бѣдныѧ; сѣмо, Belgr. само; моѥѥ вечере, Belgr. моѥѧ вечерѧ; чедь, Belgr. чѧдь. etc.

Eadem Bibliotheca palatina servat duos codices Actorum et Epistolarum, unum chartaceum in 4. N. CI., alterum elegantissime in membrana scriptum in fol. N. 3275. Chartaceum in 4., ex quo lectt. variantes Vol. II.

Nov.

Digitized by Google

Nov. Test. Alterus inseruit, apud Griesbachium N. 8. (inter Codd. Act. et Epist.) descripsimus. 1 Joh. 5, 8. ita habet: ꙗко трїе соуть свѣдѣтелствоующе. дҳь. и вода. и кръвь. и трїе въ єдино соуть. Eum esse Serbicae familiae orthographia prodit. Membraneum (праѯеѡ dictum) imaginibus, rubricis aureis ornatum 1610 scribi fecit Archiepiscopus Anastasius Krimkovič, Metropolita Moldaviae seu Sučaviensis, eumque monasterio recens aedificato Dragomirnensi donavit. Hunc codicem Alterus pro editione sua N. Test. conferre non potuit, cum duobus annis serius (1789 mense Aprili) Zamoscio missus fuerit. Descripsit vero eum in Appendice ad Homeri Iliadem, et lectiones ex eo in Miscellaneis adduxit. Ab Ostrogiensi textu non nisi in paucis differt. Act. 3, 1. observante Durichio legit Dragom. въ цр҃ковь, Ostrogiens. въст҃илище, v. 3. Dragom. ѿ възлазащїих, Ostrog. въходащихъ, v. 5. Dragom. servat Dualem ѿ нею, Ostrog. ѿ них, in plur. v. 8. Dragom. хождааше, Ostrog. omittit д. Dragom. scribit прѣд, Ostrog. пред. Dragom. utitur non raro vocali ѣ pro ꙗ: всѣко pro всꙗко, опалѣющ pro опалꙗющ, помышлѣющ pro помышлꙗющ, вышнѣа pro вышнꙗꙗ, книжнѣго pro книжнаго, immo et трѣва pro трава. Amat нѫ pro нъ seu но. Servat tamen ѧ in сѧ, мѧ, ѧзык. Jacobi epistolam ex hoc codice et antiquiore chartaceo cum editis conferre si cui lubeat, videbit rarius omnes tres differre; ac saepius,

Digitized by Google

pius, ubi chartaceus differt, Dragomirnensem cum editis convenire. Jac. 1, 6. pro Instrumentali вѣтрꙑ, quem habent editi et Chart., legit Dragom. ѿ вѣтр, at въꙁмѣтаемꙋ Drag. cum editis, Chart. vero вьꙁмꙋщаемꙋ. Pro раꙁвѣваемꙋ vero, Cod. Chart. раꙁвѣвающꙋсе, a quo Dragom. solum orthographia differt, cum сѧ, pro се retineat. V. 7. pro да не мнит, Dragom. да не непщꙋет. V. 8. Chart. legit неоустаменин ἀκατάςατος, inconstans, et ab utrisque differt, qui неꙋстроен habent. V. 13. неискꙋшает Dragom. et editi, exigente Syntaxi slavica particulam не, Chart. vero не non admisit, cum in Graeco non legatur ȣ̓. V. 23. ꙁаконꙋ i. e. νόμȣ pro словꙋ i. e. λόγȣ. Cap. 2, 4. pro ꙁлꙑх editorum Codices habent Dativum, Dragom. ꙁлꙑим, Chart. лꙋкавꙑим. V. 19. Drag. страшꙋтсѧ, (quod ex трѧсꙋтсѧ antiquiorum Codd. ortum sit), Chart. оужасаютсе, edd. трепещꙋт. V. 25. Dragom. такожде же cum editis, Chart. подобнѣже. Cap. 4, 5. Chart. тьщетно Dragom. сꙋетно, editi всꙋе. V. 6. Chart. et Dragom благодѣть, editi благодать. Cap. 5, 1. ἄγε νῦν Dragom. оубо и нн҃ѣ, editi прїидѣте нꙑнѣ. V. 3 Chart. скровищевасте ἐθησαυρίσατε, Drag. cum editis сниискасте. V. 11. Chart. многоблагоꙋтробин πολύσπλαγχνος, Drag. cum editis многомилостив. V. 14. Chart. et Dragom. immo et Ostrog. попꙑ, et маслом, correcta прессвѵтерꙑ, et елеем. V. 17. conspira Drag. cum aliis Codd. p. 697.

Co-

Digitized by Google

Codex Serbicus chartaceus in 4., Psalterium continens, ejusdem Bibliothecae N. XCVIII. seculi XV., vix unquam differt ab edito Venetiis 1561. Uterque Psal. 1, 3. mascul. иже male legit pro neutro еже, cum istud, uti graecum ὃ ad ξύλον, ad дрѣво referatur. Ps. 121, 8. Ms. ближник in Genitivo plurali, pro ближик editionis Venetae, quod certe vitiosum est, pro ближних aliarum. Confer Gramm. p. 314. Ps. 77, 28. шкрсть шчрьсти их, ed. Ven. шчрьщ in plurali. Pro veteri шчрьщ seu шчрьсть, cum quo черга et чардак Serbis usitata conferre liceat, Ostr. et aliae editiones жилищ legunt.

Codex Serbicus Odarum, quae in Octoecho leguntur, paulo aliter dispositarum, membraneus in 4. sec. XIV. N. XLVI. Adhaerent Canones poenitentiales minori charactere (foll. 35.) ex alio codice, nec non tria folia rudiori charactere, in quibus Evangelium de Lazaro (Joh. 11, 1.) inchoatur hisce: бѣ етеръ болен лазаръ. ѿь витание градьца марина. Editi habent нѣкто pro етер, кола pro болен, веси pro градьца. Confundit librarius non raro ы et и, scribendo ex. gr. мы, mihi, pro ми.

Codex slavonicus in Russia scriptus, membraneus in 4. sec. XIII aut XII, apud Griesbachium N. 1. Continet praeter Canones anastasimos aliasque odas Octoechi, etiam lectiones ex Evangeliis et Apostolo, et in marginibus rubro colore снаѯаръ (Synaxarium). Accessit is Bibliothecae Caesareae post mortem posses-

so-

Digitized by Google

soris Aloysii Hanke ab Hankenstein, qui peculiari dissertatione, quam inscripsit: *Rezension der ältesten Urkunde der Slavischen Kirchengeschichte, Literatur und Sprache, eines pergamentenen Kodex aus dem VIII. Jahrhunderte*, Budae 1804 in 4. impressa, aliis persuadere conabatur, Codicem hunc esse linguae slavicae antiquissimum monumentum, et ante Cyrillum seculo integro scriptum. At scribam Russum fuisse, omnia clamant. Fol. 271. in inferiori margine здоровъ полко, in Calendario 8. Junii перенесѣнье legitur. Martius березозωл appellatur. Euphonicum Russorum о, quamvis pro eo alias vix non semper ъ scribatur, tamen jam in eo invenias: плоть pro плъть, болъхвомъ pro бълъхвомъ, но pro нъ, сотъ (Genit. plur.) pro сътъ а сто, вопию pro въпию, вонь pro вънь in eum, восиѣ, вотьмѣ, возрѣти pro възрѣти, ко pro къ, отонде, отокназь, надовсѣми. Adde марот, Martius, pro март. Confer ex eo Specimen VII. p. 679, et aliud p. 72. Gramm. Plura quidem dedit auctor recensionis, sed non sine erroribus excusa, ut taceam signa ъ et ь admodum confusa. Quam presse vetus interpres Octoechi graeca slavicis vocibus reddere soleat, uno saltem tropario, e Canone anastasimo toni primi desumto, doceamus:

Ὁ χερσὶν	ἀχράντοις	ἐκ χοὸς,	θεουργικῶς
роукама	прчстыма	ѿ персти	бол҄ѣпно
			κατ'

κατ' ἀρχὰς διαπλάσασμε, χεῖρας διεπέτασας
испрьва създавъ мѧ. роуцѣ простьрлъ єси
ἐν τῷ ςαυρῷ, ἐκ γῆς ἀνακαλέμενος, τὸ φθαρένμε
на крстѣ. ѿземлѧ възывагѫ. тлѣньноє ми
σῶμα, ὃ ἐκ παρθένε προσείληφας.
тѣло. єже ѿ двы принѧтъ.

Sic Cod. Vindob. olim Hankianus. Cod. Vindob. Serb. differt quoad vocales et Orthographiam in his: распрьсти, испрьва, сьздавьме, простръль, ѿь земли, вьзивак, приеть, additque ѣко прослависе.

Cod. Serb. meus legit иже ante рѹкама cum editis прѣчистыима; испрьва бголѣпно (hoc ordine et Veneta ed. an. 1537), распростреть, (ed. Venet. распрострѣть), землк, вьспрнетъ (Venet. вьсприкть).

Editiones posteriores, uti Buzeana in Valachia 1770 in fol., legunt, богодѣтелнѣ pro бголѣпно, распрострѣл еси, всзывая, приял еси.

Non est tacendus Codex Philolog. graecus N. CLXXI. chartaceus in 4. sec. XIV. glossarium graecum continens, quod ob superscriptas in primis 15 foliis voces Slavonicas Graeco-Bulgaricum Durichius in Bibl. Slav. p. 270 appellavit, quamvis ex eo exemplum varietatis russicae, nimirum корзонос, produxerit. A Russo, non a Bulgaro slavica vocabula scripta fuisse, pluribus exemplis doceri potest. ἄβελλον. ταπεινόν. et supra hanc vocem кроток. — ἀγαθός. ἀνδρεῖος. хракор.

бор. — ἄγοντα. ἡγέμενον. вож (pro вождь). — ἀγετά. λεπτά. тонка. — ἀδάνης. ἐγρήγορος (sic), борзъıи. — ἀδηφάγος. γαςρίμαργος. чревополнец. — ἀδροί. ἄρχοντες. кнѧзи. Bulgarus aut Serbus кнези scripsisset. — αἴγιον. τὸ ἀπ αἰγίε γάλακτος ἡ ἡ πόλις. козьѥ молоко или городъ. Bulgarus scripsisset млѣко aut млеко et град. — αἰζηοί. νεανίσκοι. молоди. — αἰθυία.ἐναλία κορώνη. морскаıа ворона, etc.

Praeter Missale glagoliticum 1368, e quo specimen XII. pag. 697, et Breviarii lectiones, e quo specimen XIII. pag. 698 dedimus, exstant in Bibliotheca Caes. codices glagolitici manuscripti quatuor. a) Missale in fol. sine nota anni. b) Psalterium cum Canticis in 4. in charta et membrana an. 1463 scriptum. c) Liber Kvadrige dictus, tractans de fidei articulis, de decalogo et de aliis, an. 1493. scriptus. d) Expositio Evangeliorum (тлмаченıе еванкелıи) incipiendo a prima dominica quadragesimae, in charta in 4. an. 1503.

Non repetam glagoliticorum Missalium et Breviariorum descriptiones, quae e Caramani Apologia sumtae apud Assemanum leguntur. At Matthaei Sovichi verba e Praefatione ad versionem latinam Grammaticae Smotriskianae, quibus Codicem suum describit hic adducam: »Glagol. meus olim Codex, nunc autem Alberti Fortis, loco S. Georgii parum a Segnia distanti adscribendus, a scriptore ignoto Micha

eli

eli Soltich presbytero an. 1462 dicatus. Continet varias lectiones S. Scripturae, Sanctorum gesta, Visiones, morales sermones, Missam auream, aliaque partim semivernacula, partim literali lingua, tum in membranis, tum in charta scriptus.« Ita ille. Servari nunc codicem hunc in Bibliotheca, quam diligentissimus et scientissimus rerum Slavicarum collector Baro Sigismundus Zois Lublanae posteris reliquit, ex catalogo librorum Slavicorum mecum quondam communicato video.

Nominandi mihi sunt praeterea duo Codd. Evangeliorum Vindobonenses, quos inspexi, chartacei in folio. Alter Serbicus Dni. Kopitar, alter familiae russicae in bibliotheca libris ad historiam praeprimis polonicam spectantibus instructissima, quam Excellentissimus D. Maximil. Comes Ossolinski patriae suae Poloniae consecratam voluit. Cod. Kop. recte legit Luc. 7, 25. і царскꙋх ἐν τοῖς βασιλείοις, pro vitioso царствіи (Mardar. цр҃ствих in plur.) editorum. Confer in correcta glossam во дворѣх. Non tamen caret naevis. Marci 15, 7. male legit в кровѣ cum Ostrog. pro в совѣ, quod Mardarii editio e correctiori Cod. exhibet. Inserit saepe vocalem euphonicam а inter duas consonantes, quae alias sine vocali conjunguntur: дащи filia pro дщи, даскы pro дскы, дащица pro дщица, лажа pro лжа; манїй, мазда, ластац pro мнїй, мзда, мстец. Sic et in fine: огань pro огнь, седамь, осамь

Digitized by Google

осамь pro седмь, осмь. Adde нѣсомь pro нѣмь. Saepissime vero а vel ь vocalem euphonicam е aut о Russorum supplet: на et нь pro но, ка et кь (rarius къ) pro ко, вась et вьсь pro весь, мачь pro мечь, лажь et льжь pro лож mendax, начан pro начен, бадр pro бодр, дабрь et дьбрь pro дебрь; жазл et жьзл pro жезл; петал et пѣтал, силан et сильн, осьл et осал, стꙋденац, вѣнац, сꙋчац pro пѣтел, силен, осел, стꙋденец, вѣнец, сꙋчец. At жарц seu жьрц pro жрец. Inde Adject. жарьчаск et жарачаск. Hinc et петак pro паток; крѣпак, ѡпрѣснак pro крѣпок, ѡпрѣснок. санмище et сьнмище pro сонмище; стагна pro стогна; паприще et пьприще pro поприще. Apparet hinc, поприще non esse compositum ex Praepositione по, cujus vocalis non est ambigua. Malim ergo поприще potius a radice peregrina пъпр ope formativae ище, quam a попрати (Gramm. 117.) deducere. Retinet plerumque antiquas voces. Luc. 7. 2. тьчан pro честен editorum. Alibi книгы pro singulari книга et pro писаніе, ктер pro нѣкій. Miscet et flexiones vulgares recentiores Serbicas, sed non nisi rarissime: вѣмо pro вѣмы, дамоли или недамо, Joh. 10, 5. чюждег гласа pro чюждаго. Luc. 4, 29. да бы и низринꙋли pro да быша etc. At Cap. 5, 1. more antiquo да быше слышали. Marci 6, 40. pro лѣхы substituit мѣста: на мѣста на мѣста. Ossolinianum

cům

Digitized by Google

cum editis retinuit phrasin antiquam на лѣхы на лѣхы. Correctorum glossa на кꙋчи, in cumulos, prodit eos vocem лѣха non satis intellexisse. Hic quoad Orthographiam ad Moldavicos codices accedit. Habet enim нѫ pro но. Confundit ѧ et ѫ. Pro ѧ subinde substituit ѣ: всѣ pro всѧ, варѣет, praecedit, pro варѧет, immo трѣва pro трава. Marci 10, 38. conspirat cum edd. antiquis, legendo невѣстаса. Correcta delevit сѧ, quod etiam in Kop. abest. Luc. 24, 11. retinet Ossol. antiquum блади (Kop. блѣди, alii Codd. Serb. бледи) pro лѫжа, quod jam in Ostrog. legitur. Matth. 28, 19. negligens scriba omisit и сына.

Chronicon slavicum apud RR. PP. Benedictinos Scotos Alterus e graeco Dorothei Metropolitae translatum, at multis capitibus auctius pronunciavit pluribusque descripsit in Miscellaneis philologico criticis. Auctor versionis est Arsenius Satanowski, monachus Kieviensis.

Apostolum in membrana (lectiones ex Apostolo) Monasterii Шишатовац, qui sub Stephano Urosu tertio, jubente omnium regionum Serbicarum Archiepiscopo Nicodemo, Pekii in urbe seu arce жрѣло (оу пеки вь градѣ рекомѣм жрѣлѣ) ab hieromonacho Damiano anno mundi 6832 (i. e. 1324) descriptus est, cum frequentissime citaverim, de ejus Orthographia nihil jam adjiciam, nisi eum ь subinde in fine vocum duplicare: пророкьь, мꙋжьь, временьь, лѣтьь, in

 his

his vocibus ad designandum Genitivum pluralem; rarius in pronominibus тьь pro ть, et сьь pro сь. Cum solo ь (pro ь et ъ) utatur, etiam solum ы, nunquam ъι occurrit. Et vocibus et formis vocum ac lectionibus multum differt ab editis et Codd. junioribus. Act. 27, 16. legit отокжекетерь прѣтахавше, editi vero островже нѣкїй мимотекше. Novit tamen et vocem остров, insula, alibi occurrentem. Mundus ei est весьмирь, sed subinde et свѣт. Sic et мѣсець pro лѹна, лѹка pro нѣдро sinus (maris); скрижаль скандалѹ petra scandali, pro камень соблазна. мѹченик *μαρτύριον*, pro свѣдѣтелство 1 Tim. 3, 6. nemo probaverit. Gal. 4, 17 црквы вась хотеть pro ѿлѹчити вас хотат, quasi legisset *ἐκκλησίαι* pro *ἐκκλεῖσαι*. Philipp. 4, 3. *σύζυγε γνήσιε* socie germane, (Vulg. germane compar) de femina dici putavit, cum habeat: присна сьвретьницѣ pro сѹпрѹжниче присный. 1 Cor 11, 10. librarius erravit scribendo власи pro власті et 1 Thess. 5, 8. дне вини сѹще pro сн҃ове сѹщи дне. Sequitur hic Slavus, Codd. graecos, qui *υἱοὶ* addendo legunt *ἡμέρας υἱοὶ ὄντες*.

§. 5. Juverit saltem typographeorum slavicis literis instructorum initia breviter perstringere, cum lingua slavica impressorum librorum catalogum in specimine Bibliographiae russicae integro Volumine primo Basilius Sopikovius dederit. Primus omnium Slavicorum lingua literali seu ecclesiastica editorum librorum e

Mis-

Digitized by Google

Missale glagoliticum anni 1483 sine indicio loci in fol. Caramanus in Apologia cap. XXXIX. Missalia glagolitica antiqua an. 1528, 1531 recensens, non nisi fragmentum hujus Missalis se vidisse apud Patres S. Joannis Zarae testatur, quod characteribus majoribns (più rilevanti) differre ab aliis et defectum majuscularum in eo suppletum calamo observavit, de tempore editionis nihil statuendo. Matthaeus Sovich exemplar, quod possedit, in Praefatione Grammaticae Meletianae ita describit: »Missale secundum legem Romanae curiae, praemisso Calendario (sed manco), sine literis majusculis — sine loco: anno Domini (uti in fine notatur) 1483 mensis Februarii die 22 haec Missalia fuerunt absoluta«. Ipsum hoc exemplar in Bibliotheca Caesarea spectare licuit. Clausula finalis (transformatis literis glagoliticis in cyrillicas) sonat: лѣт гн̃их ч. ѵ. о. в. м҃ра перв҃ра дн̃ь і. в. ти мисли бише свршени. In Bibliotheca Vaticana duo exemplaria, unum integrum literis initialibus manu pictis, alterum mancum se vidisse scribit D. Mich. Bobrowski.

In domum Archidiaconi Segniensis Sylvestri Bedriccich Magister Gregorius Segnia ortus, ad imprimendos literis glagoliticis libellos illyricos at vernacula lingua scriptos ex urbe Venetiarum Segniam 1507 vocatus fuit. Istorum tres nominat Sovichius, quos possedit: 1) Transitum Hieronymi, 2) Manipulum Curatorum 1507. 3) Quadragesimales fratris Ro-

berti 1508. Secundum, Guidonis Manipulum Curatorum (нарꙋчник плебанꙋшев) 27, Augusti an. 1507 editum, servat Bibliotheca Caesarea. Missalis glagolitici curante fratre Paulo de Modruша Ordinis S. Francisci Conventualium apud Franciscum Bindoni et Mafeum Pasyni Venetiis 1528 in 4. impressi exemplar servatur Pragae in bibliotheca regia, aliud mancum in Rudnicensi Principis de Lobkowitz. In Vindob. Caes. vero reperitur Azbukvidarium glagoliticum, rarissimum cimelium, quod eodem tempore ibidem in 4 editum videtur. Constabat 6 foliis, quorum quintum hic deest. Post Rubrum Іс марїа, sequuntur 32 literae glagoliticae, quibus loco ultimo figura)(, latinum X repraesentans, addita est; deinde Pater noster, quinque Psalmi Dominicae ad Vesperas (109 — 113), Canticum Magnificat, Canticum Simeonis, Psalmi 129, 50, 90. Hymnus (Іман) Te Deum; Introibo ad altare, Confiteor, Absolutionis formulae duae, Salve regina (спаси кралице мати etc.); Evangelium Joannis, Cap. I. искони бѣ слово. и слово бѣ бога. и бог бѣ (omisso слово). се бѣ искони бога вса тѣм баше и безнегоже ничтоже бист еже бист втом живот бѣ. Symboli singulis articulis nomen et imago Apostoli praefigitur. Benedictio mensae. Benedictio mane dicenda. Denique Oratio cum rubro молитвꙋ онꙋ киꙋ бꙋде говрл з дивоционом вѣки дан с[...]

Anno

Anno 1531 tertium Missale imprimi curavit Flumine in aedibus propriis Simon Cosicich seu Begna illustri familia Jadertina ortus, Episcopus Modrussiensis.

Idem episcopus, Sovichii verba recito, librum de vita Romanorum Pontificum et Caesarum an. 1531 aliosque libros edidit, ut ipse in Praefatione testatur. Ejus editiones non exhibent purum Slavonismum. Exemplar Missalis mancum e Bibliotheca L. B. de Zois Vindobonam missum nuper inspexi. Breviarii a Nicolao Brozich, plebani de Omiseel (Castel-Muschio) in insula Veglia, Venetiis apud filios Joh. Franc. Turresani 1561 in 8. editi duo exemplaria in Bibliotheca Caes. spectare licet. — Libri ab Antonio Dalmata et Stephano Consule translati et typis glagoliticis Tubingae et Urachii 1562 — 1364. editi, cum lingua vulgari scripti sint, eos hic recensere nolim. Eos, post Schnurrerum et me, plerosque ad exemplaria Bibliothecae Caesareae, plene descripsit D. Barth. Kopitar in Appendice Grammaticae suae Slavicae (dialecti Carniolanae).

Ad Cyrillicos libros, quorum longe major est numerus, transeamus. Seculo XV. editos non nisi quinque aut sex nominare licet. Tres Cracoviae in Polonia an. 1491.

Octoechi (осмогласник) ibidem in fol. impressi notitiam dedit G. Sam. Bandtke in dissertatione de primis Cracoviae in arte typographica incunabulis

Psal-

Psalterii meminerunt Joh. Bacmeister et alii, et ex his Sopikovius. Breviarium seu Horologium (часословец) in 4. in Bibliotheca episcopali Munkačinensi exstans nominavit Fort. Durichius in Bibliotheca Slavica p. 126, ejusque ampliorem descriptionem promisit. Postremo folio sub Insigni urbis Cracoviensis clausula legitur iisdem verbis concepta, uti in Octoecho apud Bandtke: докончана бысть сия книга оу великомъ градѣ оу краковѣ. при державѣ великаго королл казимира. и докончана бысть мищанинωмъ краковскымъ швантолтом фѣол, изъ нѣмецъ нѣмецкого роду, франкъ. и скончашася по божïемъ нарожениïемъ. ді сътъ. девятьдесятъ и а лѣто.

Tetraevangelium (четверо благовѣстïе) in fol. sine nota anni edidit Johannes Biegner de Brassovia (i. e Corona urbe Transilvaniae). In fine editor se ipsum nominavit hisce: азъ жупанъ ханьшь бѣгнерь i брашев. Serbum fuisse editorem ex Orthographia colligi posse autumavit Sopikovius. At cum in speciminibus ab eo adductis ѧ legatur in vocibus сѧ, бышѧ, обьѧтьи, мѧ, врѣмѧ, potius e Codice Moldavico hanc editionem factam fuisse censeo.

Anno 1493 editi Breviarii Slavici in 8. memin Chr. Th. de Murr in Memorab. Biblioth. Norimber P. I. p. 222. Impressit Magister Andreas de Thoresan de Asula die 13. Martii. 1493. (Venetiis). Videtur es часословец.

Anno

Anno 1493 — 1494 Octoechus jubente Georgio Cernoevich (цֶрьноевиѣ) principe, et Babyla episcopo, editionem curante Monacho Macario de Monte nigro, impressus est, cujus exemplar Budae vidit Georgius Ribay. Aliud servari Miragnae in ecclesia Serborum refert Caramanus, apud quem librarii forte errore 1474 pro 1494 legitur.

His adnumerandum est Euchologium (молитвеник) rudioribus typis impressum in 4. mancum apud me. Post duernionem 31, cujus signatura in primis quatuor foliis est Zı, Zıı, Zııı, Zıııı, et in octavi folii pagina versa ла, continuantur signaturae latinis literis Ii, Kk, Ll, Mm; signaturae Mm, non nisi quinque folia adsunt, reliqua desiderantur. Secundam editionem curavit Vincentius Božidari Vukovikь filius iisdem typis, quibus Psalterium 1561 Venetiis impressum est. In hac editione singulae paginae respondent paginis primae; sign. Oıııı apparet superne Nomen бож i. e. божидар. Hic uti et alibi inscriptio чин бываемыи legitur pro послѣдование et надь коутикю, pro надь коливом primae editionis: Alia fere immutata mansere. Exemplar Bibl. Caesar. duernione ле finitur, videturque folium cum notatione anni et loci deesse. Textum evangeliorum et epistolarum in hoc Euchologio pro usu Serbicarum ecclesiarum edito parum differre ab Ostrogiensi observavi. At lectiones ex Prophetis minus conveniunt.

In

In acoluthia festi Epiphaniae, Isaiae Cap. 35. integrum legitur, cujus v. 7. sic sonat: и боудеть безьводное вь блто. и вь жеждоущїи земли, източникь водѣ боудеть. тоу боудеть вьселенїе птицамь и вьдворенїе сvринномь и трьстїе и клата. Pro vitioso блго certe блато edendum fuit, et post земли comma delendum. Ostrog. legit: и безводнаа бѹдетъ къблата (corr. єзера), и на жаждѹщеи земли источникъ водныи бѹдетъ. тѹ бѹдетъ вселенїе (corr. веселїе) птицамъ и стаа вельбѹдомъ и лѹѕи. (corr. post птицам: и селитва трости и лѹзи). Cameli in Ostr. orti sunt ex καλάμυ, pro quo male legerit interpres καμύλυ.

Anno 1519 Venetiis sumtibus suis paravit typos longe elegantiores vojvoda Bożidar Vukovikь de Gjurikь submontanus (подгоричанин) ab urbe подгорица sic dictus. His imprimi fecit слѹжебник seu librum Liturgias Basilii et Chrysostomi continentem in 4. Finita est editio 1519, 7. Julii, quam curavit hieromonachus Pachomius de Nigro Monte de loco Reka dicto. Pro ѧ ubique ꙗ, pro initiali е semper є locum habet. Hujus et secundae editionis, an. 1554 sumptibus Vincentii filii ibidem factae, in qua paginae et lineae respondent primae, exemplar vidi apud D. Kopitar, secundae alterum olim Olomucii. Etiam in secunda, mortuo jam Bożidaro, fol. 3 apparet syllaba бо et supra ж.

Anno 1537. 27. Julii completus est liber Octoechus (ѡхтоих) Venetiis in fol., jussu Bożidari, cujus in-

insigne (бѣлѣг) a Carolo V. ei concessum exhibetur. Liber alias осмогласник dictus hic петоглсьник appellatur, certe propterea, quod a quinto tono incipiat. Post octavum tonum tamen стихиры e primis quatuor tonis leguntur Operam huic editioni impenderunt sacerdos Theodosius et Gennadius Paraecclesiarchus Monasterii Miljeшeva, natu de Prijepolje. Typi differunt ab iis, quibus Liturgiae 1519 impressae sunt. Exemplar habet Dn. Kopitar.

Anno 1538. 19. Januarii iisdem typis (quos ad patriam perferre volebat Božidar), cum figuris ligno incisis in fol. Venetiis (оу бнецїех) prodiit liber Minej, qui hic et сьборник appellatur. Editionem curavit hierodiaconus Moyses e monasterio Деčan in Macedonia prope Magnos Montes, oriundus de Budiml prope monasterium Шudikov. Exemplar habet Dn. Kopitar.

Post obitum Božidari, cujus corpus ad patriam 1540 devectum et sepulturae traditum fuit, filius ejus Vincentius eodem zelo animatus continuat laudabilia patris coepta Venetiis.

Anno 1547 in 8. edidit libellum precatorium pulcherrimis parergis ornatum, cujus exemplar et Sopikovius vidit et sub titulo молитвослов in bibliographia russica, impressum in Serbia asseruit. Exemplar Bibl. Caes. integerrimum fol. ult. signat PP seu ли docet, libellum sacrarum precum (свети писание) 1. Junii 1547 finitum esse Venetiis per Vincentium Božidari

Vu-

Vukovikь filium, cujus insigne et in ultima pagina conspicitur. Secundam editionem, paucis quibusdam initio solum mutatis, et demtis parergis curavit idem anno 1560. In Oratione dominica (Signat. Cu) legitur насоущьнъї, at in Psalterio, quod sequitur, насоущнъї. Exemplar in Bibl. Caesarea.

Anno 1561 edidit Psalterium in 4. cum adnexis Tropariis, Menologio (мѣсецословїе), initio magni Jejunii, Horologio secundum ritum S. Sabae Hierosolymitani. Fol. tertio insigne Vincentii conspicitur. In epistola fol. 4., vulgari dialecto concepta, quam Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Sacerdotibus, Monachis et reliquis Religiosis, similiter et piis rectoribus et regibus Macedoniae, Serbiae (шербїе), Bosnae et Sirmii, et reliquis principibus christianis magnis et parvis, et hujus linguae literatis inscripsit, se ipsum nominat виценцо де господинь божидара вȣковикь ѡтстарца. In hujus fine petit, ut ei e Serbia mittantur libri antiqui manuscripti, quos ille imprimere velit. Num per verba старе книге писане ѿ срьбске земле chronica Serbiae intelligat, nolim definire. Suspicor autem Psalterium hoc esse editionem repetitam antiquioris, sicuti Euchologium Vincentii curis impressum, de quo supra. Anno 1638 Psalterium a Vincentio editum cum adnexis omnibus iterum in 4. Venetiis excudit Bartholomaeus (карто) Ginammi typis antiquis, quos Marcus Ginammi Venetiis repe-

risse

risse dicitur. Sunt autem typi hi (кипари) iidem, qui primi Euchologii. Utriusque psalterii exemplar est in Bibl. Caes. Reimpressi, apud me unum, apud Dn. Kopitar alterum foll. 274, in Bibliotheca S. Marci Venetiis quartum, folio uno, in quo Alphabetum, auctius, a Paulo Solarich descriptum in Pominak p. 26 — 30. Operam suam huic editioni impendit Hieronymus (кроним) Zagurovikь Patricius (властелин) de Cataro.

Habeo prae oculis Psalterii folium ad Dn. Kopitar spectans, cujus typi rudiores sunt, quam Vincentiani. Signaturae дѯи paginam primam 25 lineae occupant. Linea 10 incipit Canticum Isaiae cap. 26, 9—21. Textum et Orthographiam non differre a textu aliarum editionum Serbicarum collatio docet. Legit enim v. 9. ѿ нощи оутрьнюеть доух мои ктебѣ бже, занѥ свѣть повѣленїа твоꙗ поземли. правдѣ наоучитеꙗ живоущеи наземли. 10. прѣста бо нечьстивы etc. Vincent. melius повелѣнию. Ostrog. et correcta на земли. Vincent. male наоучитсе in 3. sing. pro 2. plurali. Ostrog. помолче, at corr. преста πέπαυται. Vellem nunc definiri, utrum folium hoc sit e Psalterio Serbico anni 1545, cujus meminit Sopikov p. XCIII, an ex alia hucusque ignota editione.

Anno 1561 Venetiis in fol. typis Vincentii Vukovikь prodiit Triodion, apud Sopikov трипѣснец, male 1562. Exemplar in Bibl. Caesarea. Primo folio comparent ѯфч цвѣтна оу мнетке, posito ч pro ѕ seu

60,

60, et щпана pro штампана. In fine vero афѯа геноуварꙗ ѕ, i. e. 1561 Januarii 6. Operam editioni corrigendae impendit Stephanus ab urbe Skodra (ѿ града скадра) qui spem fecit, partis secundae propediem edendae. Post triodion quadragesimale secutura fuit illa pars, quam трїодь цвѣтнаа seu пентикостарь appellant. Utrumque, et Triodion et Pentecostarion Mosquae 1759. fol. cum multis aliis libris ecclesiasticis, Menaeis, Prologis, Menologio, Liturgiariis, Hirmologio, Octoecho, Paterico, Rituali, Vitis SS., Commentariis et Homiliis Patrum, Bibliis Ostrogiensibus 1581, Evangeliis Leopoli 1736 fol. Concordantiis in Psalmos, Evangelia et Acta, et Epistolas, anno 1787 Leopoli huc transmissis, servat Bibliotheca Caesarea.

Anno 1571. 12. libellus Calendarium, Officia B. Mariae, S. Crucis, S. Spiritus, Mortuorum, septem Psalmos poenitentiales, Litanias omnium SS. et alias preces continens, Venetiis impressus fuit literis Serbicis seu Bosnicis, quales Postellus 1538 in linguarum XII. characteribus differentium Alphabeto primus exhibuit, nosque Tabula IV. linea septima ex aliis opusculis editis sistimus. Post а figura prima est в, sequentes tres sunt б; post и sequuntur duo д, deinde ж, Serbicum тьерв, postea џ, (cum quo et figura octava lineae sextae conferenda est), ultimo loco duo ч. Libellus hic longe rarissimus Bibliothecae Caesareae post Calendarium SS. in ecclesia Latina cultorum in fo-

Digitized by Google

folio singulari figuras Alphabeti repraesentat, post has Ave Maria (здрава марим милости пуна) et Pater noster: ωче нашь. кои юси на небюсиех. — и уклони нась ωдь зла. Амень. At mox fol. 3 alia formula quam ob vocem лукаваго, πονήρυ, Graeco-Slavicam dixerim, recitatur, in qua illud prorsus singulare, quod pro насущныи hic наситии нась legatur: хлебь нашь наситии нась дажь намь данась. In fine libelli bibliopolarum nomina, locus et annus impressionis notantur: щанпано у бьнецнех. иаковь. дк бароmь. и ксромо. корсо. кумь пано. алассна, дкла. скала. у ι. ф. о а. Insigni scalae etiam titulus ornatus est, sub quo M. D. LXXI. Alios libros asceticos Venetiis ejusmodi literis impressos a Paulo Solarich aliisque recensitos studio praetermitto, cum solum initia typographiarum nobis hic exponenda sint.

In Ugrovlachia loco incognito anno 1512 in 4, prodiere quatuor Evangelia, quorum exemplar ante annos 30 Mosquae in Typographeo synodali inspexi. Clausulam finalem integram Sopikov pag. L. descripsit. Editionem curavit jussu Johannis Basaraba magni Voevodae hieromonachus Macarius.

Anno 1517 — 1519 in 4. Pragae in urbe majore veteri Franciscus Skorina de Polotjk, Medicinae Doctor, varias partes Veteris Testamenti a se in Russicam linguam translatas edidit. Harum indicem habes apud Sopikovum. Nominabo hic eas, quae in indice

lau-

Psalterii meminerunt Joh. Bacmeister et alii, et ex his Sopikovius. Breviarium seu Horologium (часословец) in 4. in Bibliotheca episcopali Munkacsinensi exstans nominavit Fort. Durichius in Bibliotheca Slavica p. 126, ejusque ampliorem descriptionem promisit. Postremo folio sub Insigni urbis Cracoviensis clausula legitur iisdem verbis concepta, uti in Octoecho apud Bandtke: доконча̑на бысть сиꙗ книга оу великомъ градѣ оу краковѣ. при державѣ великаго королꙗ казимира. и доконча̑на бысть мищанинωмъ краковскымъ шванполтом фѣол, изъ нѣмецъ нѣмецкого роду, франкъ. и скончашасꙗ по божїемъ нарожеѝемъ. а҃ ї сътъ. девꙗтьдесꙗтъ и а҃ лѣто.

Tetraevangelium (четверо благовѣстїе) in fol. sine nota anni edidit Johannes Biegner de Brassovia (i. e. Corona urbe Transilvaniae). In fine editor se ipsum nominavit hisce: азъ жѹпа̀нъ ханьшь бѣгнерь ѿ брашев. Serbum fuisse editorem ex Orthographia colligi posse autumavit Sopikovius. At cum in speciminibus ab eo adductis ѧ legatur in vocibus сѧ, бышѧ, обьѧтьи, мѧ, врѣмѧ, potius e Codice Moldavico hanc editionem factam fuisse censeo.

Anno 1493 editi Breviarii Slavici in 8. meminit Chr. Th. de Murr in Memorab. Biblioth. Norimberg. P. I. p. 222. Impressit Magister Andreas de Thoresanis de Asula die 13. Martii. 1493. (Venetiis). Videtur esse часословец.

Anno

Anno 1493 — 1494 Octoechus jubente Georgio Cernoevich (црьноєвиꙉ) principe, et Babyla episcopo, editionem curante Monacho Macario de Monte nigro, impressus est, cujus exemplar Budae vidit Georgius Ribay. Aliud servari Miragnae in ecclesia Serborum refert Caramanus, apud quem librarii forte errore 1474 pro 1494 legitur.

His adnumerandum est Euchologium (молитвник) rudioribus typis impressum in 4. mancum apud me. Post duernionem 31, cujus signatura in primis quatuor foliis est Zı, Zıı, Zııı, Zıııı, et in octavi folii pagina versa л̃а̃, continuantur signaturae latinis literis Ii, Kk, Ll, Mm; signaturae Mm, non nisi quinque folia adsunt, reliqua desiderantur. Secundam editionem curavit Vincentius Божidari Vukovikь filius iisdem typis, quibus Psalterium 1561 Venetiis impressum est. In hac editione singulae paginae respondent paginis primae; sign. Oııı apparet superne Nomen бож i. e. божидар. Hic uti et alibi inscriptio чин бываємꙑи legitur pro послѣдованиє et надь коутикю, pro надь коливом primae editionis: Alia fere immutata mansere. Exemplar Bibl. Caesar. duernione лє finitur, videturque folium cum notatione anni et loci deesse. Textum evangeliorum et epistolarum in hoc Euchologio pro usu Serbicarum ecclesiarum edito parum differre ab Ostrogiensi observavi. At lectiones ex Prophetis minus conveniunt.

In

In acoluthia festi Epiphaniae, Isaiae Cap. 35. integrum legitur, cujus v. 7. sic sonat: и боудеть безьводное вь бл҃то. и вь жеждоущїи земли, источникь водѣ боудеть. тоу боудеть вьселенїе птицамь и вьдворенїе сVринномь и трьстїе и клата. Pro vitioso бл҃го certe блато edendum fuit, et post земли comma delendum. Ostrog. legit: и безводнаа бѹдетъ къблата (corr. езера), и на жаждѹщеи земли источникъ водныи бѹдетъ. тѹ бѹдетъ вселенїе (corr. веселїе) птицамъ и стаа вельбѹдомъ и лѹsи. (corr. post птицам: и селитва трости и лѹзи). Cameli in Ostr. orti sunt ex χαλάμȣ, pro quo male legerit interpres καμήλȣ.

Anno 1519 Venetiis sumtibus suis paravit typos longe elegantiores vojvoda Božidar Vukovikь de Gjurikь submontanus (подгоричанин) ab urbe подгорица sic dictus. His imprimi fecit слѹжебник seu librum Liturgias Basilii et Chrysostomi continentem in 4. Finita est editio 1519, 7. Julii, quam curavit hieromonachus Pachomius de Nigro Monte de loco Reka dicto. Pro ѧ ubique ꙗ, pro initiali є semper ѥ locum habet. Hujus et secundae editionis, an. 1554 sumptibus Vincentii filii ibidem factae, in qua paginae et lineae respondent primae, exemplar vidi apud D. Kopitar, secundae alterum olim Olomucii. Etiam in secunda, mortuo jam Božidaro, fol. 3 apparet syllaba бо et supra ж.

Anno 1537. 27. Julii completus est liber Octoechus (ѡхтоих) Venetiis in fol., jussu Božidari, cujus in-

insigne (бѣлѣг) a Carolo V. ei concessum exhibetur. Liber alias осмогласник dictus hic петогл҃сник appellatur, certe propterea, quod a quinto tono incipiat. Post octavum tonum tamen стихиры e primis quatuor tonis leguntur Operam huic editioni impenderunt sacerdos Theodosius et Gennadius Paraecclesiarchus Monasterii Miljeшeva, natu de Prijepolje. Typi differunt ab iis, quibus Liturgiae 1519 impressae sunt. Exemplar habet Dn. Kopitar.

Anno 1538. 19. Januarii iisdem typis (quos ad patriam perferre volebat Božidar), cum figuris ligno incisis in fol. Venetiis (оу бнецїех) prodiit liber Minej, qui hic et сьборник appellatur. Editionem curavit hierodiaconus Moyses e monasterio Deчan in Macedonia prope Magnos Montes, oriundus de Budiml prope monasterium Шudikov. Exemplar habet Dn. Kopitar.

Post obitum Božidari, cujus corpus ad patriam 1540 devectum et sepulturae traditum fuit, filius ejus Vincentius eodem zelo animatus continuat laudabilia patris coepta Venetiis.

Anno 1547 in 8. edidit libellum precatorium pulcherrimis parergis ornatum, cujus exemplar et Sopikovius vidit et sub titulo молитвослов in bibliographia russica, impressum in Serbia asseruit. Exemplar Bibl. Caes. integerrimum fol. ult. signat PP seu л҃и docet, libellum sacrarum precum (свети писаније) 1. Junii 1547 finitum esse Venetiis per Vincentium Božidari

Vu-

60, et щпана pro штампана. In fine vero афѯа геноуварa s, i. e. 1561 Januarii 6. Operam editioni corrigendae impendit Stephanus ab urbe Skodra (ѿ града скадра) qui spem fecit, partis secundae propediem edendae. Post triodion quadragesimale secutura fuit illa pars, quam трїодь цвѣтнаа seu пентикостарь appellant. Utrumque, et Triodion et Pentecostarion Mosquae 1759. fol. cum multis aliis libris ecclesiasticis, Menaeis, Prologis, Menologio, Liturgiariis, Hirmologio, Octoecho, Paterico, Rituali, Vitis SS., Commentariis et Homiliis Patrum, Bibliis Ostrogiensibus 1581, Evangeliis Leopoli 1736 fol. Concordantiis in Psalmos, Evangelia et Acta, et Epistolas, anno 1787 Leopoli huc transmissis, servat Bibliotheca Caesarea.

Anno 1571. 12. libellus Calendarium, Officia B. Mariae, S. Crucis, S. Spiritus, Mortuorum, septem Psalmos poenitentiales, Litanias omnium SS. et alias preces continens, Venetiis impressus fuit literis Serbicis seu Bosnicis, quales Postellus 1538 in linguarum XII. characteribus differentium Alphabeto primus exhibuit, nosque Tabula IV. linea septima ex aliis opusculis editis sistimus. Post а figura prima est в, sequentes tres sunt б; post и sequuntur duo д, deinde ж, Serbicum тьерв, postea ц, (cum quo et figura octava lineae sextae conferenda est), ultimo loco duo ч. Libellus hic longe rarissimus Bibliothecae Caesareae post Calendarium SS. in ecclesia Latina cultorum in fo-

folio singulari figuras Alphabeti repraesentat, post has Ave Maria (здрава марим милости пѹна) et Pater noster: ѡче нашь. кои кси на небксиех. — и ѹклони нась ѡдь зла. Амень. At mox fol. 3 alia formula quam ob vocem лѹкаваго, πονήρυ, Graeco-Slavicam dixerim, recitatur, in qua illud prorsus singulare, quod pro насѹщныи hic наситинась legatur: хлебь нашь насити нась дажь намь данась. In fine libelli bibliopolarum nomina, locus et annus impressionis notantur: щанпано ѹ бьнецнех. иаковь. дк вароМь. и аброжо. корсо. кѹмь пано. алаgена. дкла. скала. ѹ ч. ф. ѳ а. Insigni scalae etiam titulus ornatus est, sub quo M. D. LXXI. Alios libros asceticos Venetiis ejusmodi literis impressos a Paulo Solarich aliisque recensitos studio praetermitto, cum solum initia typographiarum nobis hic exponenda sint.

In Ugrovlachia loco incognito anno 1512 in 4, prodiere quatuor Evangelia, quorum exemplar ante annos 30 Mosquae in Typographeo synodali inspexi. Clausulam finalem integram Sopikov pag. L. descripsit. Editionem curavit jussu Johannis Basaraba magni Voevodae hieromonachus Macarius.

Anno 1517 — 1519 in 4. Pragae in urbe majore veteri Franciscus Skorina de Poloyk, Medicinae Doctor, varias partes Veteris Testamenti a se in Russicam linguam translatas edidit. Harum indicem habes apud Sopikovum. Nominabo hic eas, quae in indice

lau-

laudato desiderantur, seu de quibus nondum constat, utrum impressae aut ab auctore translatae fuerint. Sunt autem hae: Libri Paralipomenon, Esdrae, Prophetarum (exceptis Threnis et Daniele, quorum exemplaria cognita sunt), et Macchabaeorum. Psalterium Slavicum, quibusdam vocibus hinc inde mutatis, post aliquot annos in 8. cum aliis libellis, qui Canones et Acathistos continent, ejus curis editum est, et quidem, ut videtur, Vilnae. Ibidem enim, in domo Jacobi Babiчa senioris Magistri civium urbis Vilnae, an. 1525 Apostolum in 8. excudit. Ex eo specimina leguntur in Sopikovii Bibliographia p. 10—17.

Antequam in Russia vel únus liber ederetur, Evangelia pro usu Ecclesiarum Serbicarum jam bis edita fuere per hieromonachum Mardarium e monasterio Мрькшина црква prope Nigrum Montem. Prima vice an. 7060 (i. e. 1552) 4. Augusti, Belgradi (оу бѣлградꙋ) in fol. Pro hac editione, cujus exemplar Consil. Reg. Sabbas Tököly servat Aradini, alterum in monasterio annunciationis sub monte Kablar in sinistra ripa Moravae in Serbia vidit Vukius, typos formavit Radiшa Dmitrovikь, et post eum sumtus suppeditavit Trojanus (трьꙗн) Gundulikь ex urbe Ragusa. Altera vice in fol. an. 7070 (i. e. 1562) 24. Junii, ad aedem Ascensionis in мркшина црква ad pedem Nigri Montis. Pro hac editione, cujus exemplar est in Bibl. Caesarea, Mardarius ipse, patria de flu-

vio

vio Drina, typos magno labore e ferro et cupro se confecisse (роукодѣлисах) testatur. Textum secundae non differre a prima ex collatione зā б (quae Matthaei 1, 18. incipit et Cap. 2, 12. desinit) concludere licet. Lectiones ejus in Grammatica laudavi saepius. Luc. 7, 10. legit cum Cod. Kop. бьдомь quod Ostr. et corr. male omittunt. Ibidem initio v. 41. iterum cum Cod. Kop. conspirat, non addendо и рече aut гь же рече, quorum primum Ostrog. legit, alterum correcta. Differt tamen etiam ab hoc codice. Hic enim Luc. 11, 25. legit оупражнен, пометен и оукрашен, σχολάζοντα, σεσαρωμένον, και κεκοσμημένον, Mard. sine пометен. Editi habent quidem пометен, sed omisso оупражнен. Luc. 6, 20, Mard. cum Ostrog. post нищіи non habet дхом, τῷ πνεύματι, quod Ms. Kop. cum aliis editis addit.

Versionum Antonii Dalmatae et Stephani Consulis, Augustanae Confessioni addictorum, literis cyrillicis et glagoliticis ab an. 1561 — 1564 Tubingae (aut Urachii) impressarum, licet illyrica (croaticam illi appellabant) lingua vulgari factae sint, hic iterum meminisse oportet. Quae de iis in Appendice Vol. I. Sopikovius congessit, non carent erroribus. Novum Testamentum, quod N. 1714 nominavit, non est Croaticum, nec literis cyrillicis 1554 impressum, sed Primi Truberi Versio Carniolica Matthaei, et editio N. 1715 adducta est Novi Test. prima pars 1557 lit. latinis edita. Recte quidem N. 1717 dicitur, N. Test. Tubingae 1563

in

in 4. literis cyrillicis prodiisse, at male N. 1718, 1719, 1720, novas ejusdem editiones an. 1565, 1577, 1581 factas fuisse. N. 1721 recte habet Croaticum N. Test. Tubingae in 4. glagol. Falsum vero illud, quod addit: sine notatione anni. Nam prima Pars praefert annum 1562, secunda 1563. Annos hos ipse jam N. 705 recte consignaverat, sed ficto et monstroso loci nomine: тра-гꙋрїа въ брандебꙋргїи. Falli eos, qui post mortem Johannis Ungnadii, cujus sumtibus typographia Tubingensis erecta fuit, typos glagoliticos Tubinga in Austriam, et inde Romam translatos suspicati sunt, alibi ostendimus. Vide Glagolitica mea.

Non ausim praeterire, typis cyrillicis Nesvi**ii in Lituania 1562, 4. Catechesim russica lingua (dialecto alborussica) fuisse editam, quam triumviri novae doctrinae propagatores Matth. Kawcczinski, Simon Budny, et Laurentius Kriszkowski Principibus Radziviliis dedicarunt. Exemplar seculo XVI a Jesuita Vilna allatum servatur in Bibl. regia Pragae.

In Russia coepta quidem 1553 consilia instruendae typographiae, sed primus omnium librorum Mosquae impressorum Apostolus prodiit demum anno 1564 in fol. Exemplar tractavi manibus in typographeo synodali. Ridiculum est, quod titulo libri Sopikov Nr. 73 apposuerit verba: переводъ etc. i. e. Apostolum e graeca versione LXXII. interpretum translatum fuisse. Operarum Magistri erant Johannes Fedorow (Федоров) Diaco-

Digitized by Google

conus, et Petrus Timofejew (тимоѳеев) Mstislavец. Uterque eorum, cum male audirent, nec optime haberentur, patriam deseruit. Prior Leopoli impressit Apostolum 1573 in fol. Ejus nomen sub Insigni urbis Leopolis folio ultimo subscriptum legitur: иванъ ѳедоровичь друкарь московскїй. De fatis ejus vide plura apud Sopikovium p. LX. seqq. Alter subscriptus legitur in editione Evangeliorum, quae Vilnae 1575 in fol. impressit. Exemplar exstat in Bibliotheca Comitum de Nostitz Pragae; quo et Durichius et ego saepe usi sumus. Tredecim annis ab editione Apostoli elapsis, impressum fuit Mosquae Psalterium 1577 in 4. Post plurium annorum decursum prodiere A. 1590–1592 duo Triodia (постнаа и цвѣтнаа) in fol. Editionem curavit Typographus Andronicus Timothei filius (тимоѳеев), невѣжа dictus. Anno 1594 Octoechus in fol. A. 1597 iterum Apostolus in fol. A. 1600 Menaeum commune (минеа общаа). A. 1602 Liturgiarium (служебник) in 4. A. 1606 Tetraevangelion elegantissimis typis, cujus exemplar servat Bibliotheca Caesarea. Typographo nomen fuit онисїм михаилов радошевский e Volynia oriundus (волынец). In subscriptione mendum est in annis Christi ѧ҃ х҃ д҃ї i. e. 1614. Nam annis Mundi з҃ р҃ дї. i. e. 7114, et primo anno regiminis magni Ducis Basilii Ivanovич respondet A. Chr. 1606, non 1614. Hanc editionem Evangeliorum dialecti veteris ecclesiasticae

 prae-

praecesserunt sex aliae, prima sine anno, secunda 1512 in Ugrovlachia, tertia Belgradensis 1552, quarta 1562, quinta Vilnensis 1575, sexta Vilnensis 1600 sumtibus et typis Lucae Mamonič, ut adeo Mosquensis an. 1606 ordine septima sit. Reliquos post annum 1606 Mosquae impressos libros slavicos vide sis in Sopikovii Bibliographia Russica.

Idem ille Johannes Theodori filius, Mosqua oriundus, qui Mosquae 1564, et Leopoli 1573 Apostolum impresserat, Ostrogium, Volyniae urbem, aut sponte aut a Constantino Duce Ostrogiensi vocatus venit, ubi jussu religiosi Ducis Novum Testamentum cum Psalterio A. 1580 in 8., mox etiam integra Biblia in fol. excudit. Bibliorum titulus annum 1581 exhibet, at clausula fol. ultimo docet, ea jam an. 1580, 12. Julii fuisse absoluta per Ivanum Theodori filium Moscovitam (иваном ѳеодоровым сн҃ом москвитином). Huic infra subjunctum conspicitur signum typographi, in quo I et Ѳ nomen illius indicant. In Spenceri Catalogo et titulum et typographi signum ligno incisa spectabis. Habent autem quaedam exemplaria aliud folium ultimum (in exemplari integerrimo, quod est apud RR. PP. Benedictinos Scotos adest utrumque), in quo oratiuncula eucharistica graeca et Slavonica typographi signo praemittitur, et post signum typographi in clausula annus 1581, et dies 12. Augusti nominantur. Verbis напечаташа мною многогрѣшным Іоанном ѳеодоровым

сы-

Digitized by Google

сыном змосквы respondent in formula graeca haec: τετύπωνται ὑπ' ἐμοῦ ἁμαρταλωτάτου Ἰωάννου, τοῦ Θεοδώρου υἱοῦ ἐκ τῆς μεγάλης ρωσίας.

Titulum libri rubrum: библїа сирѣчь книгы ветхаго и новаго завѣта по ѧзыкꙋ словенскꙋ latine sic reddideris: Biblia i. e. libri veteris et novi Testamenti lingua slovenica. Post orationem eucharisticam Ducis pientissimi graecis et slavonicis verbis conceptam, consilium operis ipse Dux exponit. Gratulatur sibi, se a Magno Duce Russiae Johanne Basilieviч assiduis precibus per Michaelem Garaburdam scribam magni Ducatus Lituaniae exemplar Bibliorum integrum obtinuisse, cum antea frustra ejusmodi exemplaria, quae omnes Vet. Test. libros complecterentur, in Serbicis et Bulgaricis monasteriis quaeri curasset. Credidit ille in transmisso exemplari (aut illius apographo) veterem versionem Slavicam, quae e Septuaginta Interpretum graeco textu ante annos 500, et quod excurrit, tempore Vladimiri primi Ducis christiani facta sit, contentam fuisse. (Confer Gramm. p. 701). Excipiendi certe erant libri Tobiae, Judith et tertius Esdrae, quos non e Graeco, sed e Vulgata translatos facta collatione mox advertere potuissent ii, qui editionem curarunt. Libri tertii Macchabaeorum versio, cum in exemplari transmisso reperta non fuisset, recens editioni accessit. Ad finem enim libri tertii haec nota legitur: сїа третїа книги маккавеискїа вꙿпрочїих библїах не обрѣта-

 ют-

ютсѧ ниже всамои тои словенскои, и ни влатинскихъ ани влатскихъ точію въгреческои и вческои, но̑ и мы ихъ неоставихомъ i. e. hic liber tertius Macchabaeorum in reliquis Bibliis non invenitur, neque in ipsis illis S l o v e n i c i s, nec in latinis, nec in Polonicis, tantummodo in Graecis et Bohemicis; verum et nos eum non omisimus. Male Kohlius et qui eum secuti sunt, voce латскихъ (alias лацкихъ) L e t i c a biblia, quae nondum exstabant, hic indicari putarunt.

Tempore Vladimiri ad Russos delatam Versionem Slavicam Evangeliorum, Apostoli, Psalmorum et librorum liturgicorum non dubito, at libros Veteris Testamenti omnes aut aliquos praeter Psalterium translatos exstitisse vix credi potest. Seculo XII. Proverbiorum versionem jam Nestori, qui librum frequentius citat, ad manus fuisse, et ex usu ecclesiae paroemias legendi, colligi possit. Sapientiae liber, Ecclesiasticus, Prophetae et Job sec. XIII. et XIV. in Serbia, Pentateuchus aliique sec. XV. in Russia aut Polonia translati videntur. In unum vero corpus circa finem sec. XV. (non tamen ante editionem Bohemicorum Bibliorum Pragensem 1488 aut Kutebergensem 1489) collectos et secundum exemplar Bohemicorum Bibliorum dispositos fuisse existimo. Hac occasione plerique Vet. Test. libri, antea e Graeco translati, secundum Vulgatam recogniti fuere. Cujus rei indicia cum ubique obvia sint, miror id non advertisse editores Ostrogienses. De conferendo textu Sla-

vo-

vonico et ex graecis fontibus emendando ne cogitatum quidem fuerit, cum illi exemplari transmisso nimium confidentes nihil immutandum censerent. Non mira-beris itaque tot manifestos librariorum errores in Ostrogiensi editione inveniri. Sunt et alia ejus vitia, textus nimirum multis in locis corruptissimus, interpunctiones confusae saepius, praeter Polonismos et Russismos in libris, qui a Russis serius translati sunt. In editione Mosquensi 1663, in qua textus Ostrogiensis recusus fuit, non nisi pauci, iique leviores errores sublati sunt. Longe plures et graviores mansere incorrecti, qui tamen vel obiter inspecto textu graeco facile emendari potuissent.

Quis enim non advertat, Jobi 41, 19 pro лꙋк метен legendum fuisse лꙋк мѣдан, cum Graecus τόξον χάλκεον habeat? Restitui etiam facile potuissent Job. 9, 9. post творан власожельца и проходню, ὁ ποιῶν πλειάδα καὶ ἕσπερον, vocabula male divisa et pessime in Ostrog. expressa: нарек тꙋ, ран юж нало-жа. A primo interprete certe scriptum fuit и арктꙋра и южьна ложа, convenienter graeco textui: καὶ Ἀρκτοῦρον, καὶ ταμεῖα νότου. Editores autem Mosquenses non restituto textu veteri, maluerunt in margine notare: греч҃е плїадꙋ и еспера и арктꙋра и сокровища южнаꙗ. In Orthographia emendanda, flexionibus vocum immutandis faciliores fuere editores Mosquenses, licet eis injunctum fuerit, ut textum Ostro-

gi-

Digitized by Google

giensem, immutatum (неизмѣнно) exprimerent. In Psalmis, (quibus et Athanasii epistola ad Marcellinum de interpretatione Psalmorum praefixa est, quae in Ostrogiensi abest), vocabula alia in Mosquensi legi, p. 187 monui. In his enim excudendis non Ostrogiense, sed aliud exemplar secuti sunt. Addam de exemplaribus Ostrogiensis editionis observationem Dn. Kopitarii, nimirum folium сӧѕ (276) fuisse reimpressum, cum Jobi Cap. XLI. linea ultima exemplar Bibliothecae Caesareae legat срдца sine sequenti мо, quod in exemplari RR. PP. Scotorum lineam claudit. Praefatio de utilitate lectionis S. Scripturae, et disticha slavonica, quibus editio haec et laudes Ducis Constantini celebrantur, auctorem habent Gerasimum Danilovич. Gravissime halucinatus est Jacobus Suша, qui in libro »Saulus et Paulus Ruthenae unionis — sive Meletius Smotriscius Archiepiscopus Hierapolitanus« inscripto et Romae 1666 edito, hunc Gerasimum, Danilovич (Smotriski), patrem Meletii, olim Vice-capitaneum castri Camenecensis, deinde rectorem academiae Ostrogiensis, auctorem versionis Slavonicae Ostrogii editae asseruit. Cum enim eum Graecarum Latinarumque literarum, nec non Slavonicae linguae gnarum fuisse dixisset, addit: »cujus rei argumento sunt perutiles toti Russiae ejus lucubrationes, Biblia scilicet e Graeco et Latino sermone in Slavonicum versa et Ostrogiae ducis memorandi impensis

edi-

edita; quorum etiam exemplar Eminentissimus Cardinalis Franciscus Barberinus suae recens adscribi locupletissimae curavit Bibliothecae«. Si Jac. Suша Praefationem Gerasimi inspexisset, potuisset laudare ejus modestiam, qua tenuitatem ingenii sui excusat. Ait enim sibi, qui scholas nunquam vidisset, (нбо оучилища николиже видѣх), injunctum füisse ab ipso Duce, ut hanc Praefationem scriberet. Equidem vix ei tantam linguae graecae peritiam tribuendam censeo, ut vel libri tertii Macchabaeorum versio ab eo profecta credi possit. Inter libros supra memoratos, qui Leopoli ad Bibliothecam Caesaream missi sunt, est rarissimum opusculum foll. 10, ab eodem Gerasimo Smotrickio Ostrogii A. 1587 in 4. editum: Календарь римски новы. Sub finem: написано ѹ Академии Острозьской etc. йкцирътомє чиволинад мисареГ. Additur: qui arabica legerit, eum facile haec intelligere posse. Alios Ostrogii impressos libros enumerat Sopikovius. Librum Basilii de Jejunio, quem ille N. 193 recenset, 1594 in fol. 14. Martii ex Ostrogiensi typographia (з дрѹкарнѣ острозскоє) servant Bibliothecae Caesarea et Ossoliniana.

Emendatior quoad libros Vet. Test. editio prodiit tandem 1751 fol. Petropoli (Mosquae), in cujus Praefatione correctionis negotium latius exponitur. Textum hujus editionis repetunt aliae omnes, quarum pleniorem indicem dedit Sopikovius. N. 113 habet Mosquensem 1756, et N. 114 Petropolitanam ejusdem anni in

fol.,

Digitized by Google

fol., quae fortasse non nisi nomine loci differunt. N. 116 Petropolitanam 1759, fol. Rectene? cum postea N. 117 Kieviensis 1758 sequatur. Post hanc N. 118 Mosquensem 1759 in 8. Voll. 4. (apud me Voll. 5). Sequuntur Mosqu. 1762, et alia 1763 in fol. (Apud me in Slovanka 1766), Kieviensis 1779 in fol. Mosqu. 1778 in 8. Voll. 5; Mosquensis (octava) 1784. fol. Kiev. 1788 in 8. Voll. 6. (Mosqu. 1790, in fol. deest apud Sop.) Mosqu. (decima) 1797 fol. Počaev. Part. 5, 1798 in fol. Mosqu. (undecima) 1802 fol. (Budensis Voll. 5. 1804. in 8., secundum Kiev. 1788 impressa, deest apud Sopikov). Mosqu. Voll. 4. 1806 in 8. maj. Mosqu. (duodecima) 1810 fol. Addamus primam stereotypis 1816 in 8. a Societate biblica editam, quae 1820 jam undecima vice recusa fuit.

§. 6. Superest, ut Grammaticas Slavonicas dialecti literalis saltem nominemus. Earum aliquas recensuit Leon. Frisch. Pleniorem earum indicem dedit Franc. Alterus, quem inscripsit *Literatur der Slavischen Grammatiken*, et Miscellaneis philologico-criticis (Vindob. 1799) N. VIII. inseruit, sed etiam in eo quaedam supplenda sunt. Alium in Sopikovii Bibliographia Russica invenies, qui et aliarum dialectorum, uti Carniolicae, Illyricae hodiernae, Slavo-Bohemicae, Grammaticas sub generali nomine Slavonicarum complectitur, quin hae satis distinguantur a Grammaticis veteris slavonicae linguae. Nostrum igitur erit, eas so-

solum accuratius, supplendo simul alibi omissas, consignare, quae proprie sensu strictiori Slavicae dici possunt. In harum censum venire non potest Grammatica graeca slavonice translata a studiosis scholae graeci ritus Leopoli, atque A. 1591 in 8. »in usum inclytae nationis Russicae« edita titulo: ΑΔΕΛΦΟΤΗΣ. грамматика доброглаголиваго еллинословенскаго ꙗзыка. (Apud Alterum N. VI.) Recte Fort. Durich in adversariis suis adnotavit: in rem Grammaticam Slavorum omnia ferme vocabula technica ex etymologia graeca transisse nemo negaturus est, quicunque hanc Grammaticam legerit. συλλαβή enim in ea vocatur слог, ὄνομα имѧ, ἀντωνυμία мѣстоимѧ, ῥῆμα глагол, μετοχὴ причастїе, πρόθεσις предлог, ἐπίρρημα наречїе (apud Maximovium надглаголїе), σύνδεσμος сꙋз. Articulus vero, ἄρθρον, est различїе.

Primus omnium Grammaticam linguae slavicae ecclesiasticae composuit Laurentius Zizania, Vilnae 1596 in 8. in typographia Fraternitatis impressam, quam inscripsit: граммматіка словенска (male apud Sopikovium славенска) съвершенаго искꙋства осми частей слова и иных нꙋждных. новѡсъставленна д. з. Fusius eam, ob raritatem, describit episcopus Eugenius in lexico historico Scriptorum status ecclesiastici, notatque, in ea casum Narrativum seu Praepositionalem in declinationum paradigmatibus desiderari, totumque 59 foliis absolvi. Ejusdem Zizaniae alphabe-

ta-

rius libellus словенская азбѹка dictus, Vilnae 1596 editus, continet 34 foliis Lexicon seu collectionem vocum slovenicarum russica vulgari dialecto expositarum.

Libelli in 12. nomine Grammaticae ab Altero N. I. e Bibliotheca Bodlejana adducti, titulus Slavicus est: граммматіка. албо сложеніе писмена, хотащимъся оучити Словеньскаго азыка. младолѣтным отрочатом. в вилнѣ. рокѹ. а҃. х҃. иі҃. Apparet autem vel e titulo, eum pueris discentibus destinatum atque adeo nihil aliud esse, quam unum ex innumeris alphabetariis бѹкварь dictis, quorum complures Sopikovius consignavit.

Plenius linguae Slavonicae regulas exposuit Meletius Smotriski, (monachus coenobii Vilnensis descensionis S. Spiritus; cujus vitam latius Jac. Suша, concinnius nuper Eugenius enarravit), edito Anno 1619 (1618) in 8. Jevii (prope Vilnam) libro, cui titulum fecit: граммматіки славенскиа правилное Сѵнтагма, потщаніем многогрѣшнагѡ мніха мелетіа смотрискагѡ etc. в евю. foll. 252. In Praefatione vernacula summopere commendat studium linguae literalis Slavonicae, cum sit ecclesiae graeco-russicae naturalis et connata (природный). Ejus praecepta ab omnibus semper aestimata fuere. Non poterant autem ex hac Grammatica, utpote quae ipsa lingua slavonica conscripta esset, praeter Russos et Serbos proficere alii. In Dalmatarum praeprimis usum et com-

commodum eam latine convertit Matthaeus Sovich Cathedralis ecclesiae Auxerensis Archidiaconus, cui olim in collegio Urbani cathedra linguae Slavonicae a Benedicto XIV. decreta fuit. Adjecit ille Alphabetum Glagoliticum et praemisit longiorem praefationem, in qua codices cyrillicos et glagoliticos sibi notos et quosdam impressos literali ac etiam vulgari sermone scriptos libros enumerat. Exemplar operis, nobis benevole concessi, exstat Lublanae in Bibliotheca Baronis Zois, qui illud nescio utrum ex Autographo an ex Apographo describi fecit. Versioni latinae e regione respondet textus ipsius Smotriskii, slavonice, charactere cyrilliano.

Non diffitetur Sovichius, Grammaticam hanc »accuratioribus Bibliorum animadversionibus adhibitis« perfectiorem reddi posse ab aliis, promittitque in fine praefationis, se ad perficiendum Dictionarium quo fieri potest uberius progressurum. Obiit Sovichius 1774, post cujus mortem de edenda hac versione Grammaticae nemo erat sollicitus.

Repetitis autem vicibus Grammatica Meletii Slavonice scripta edita fuit; pro usu Russorum Mosquae 1721 et pro usu Serborum Rimnicii in Valachia 1755, paucis in ea mutatis et additis.

Anno 1638 edita fuit Cremenecii Grammatica (письменница) in 8., apud Alterum N. III. foll. 104.

Auctor Grammaticae Slavonicae in 4. Mosq. coeptae 1648, finitae 1651, Meletio quidem vix non omnia debet.

Digitized by Google

bet. Cum tamen quaedam omiserit, alia addiderit et mutaverit, nolim cum Sopikovio opus hoc singulare editionem Meletii tertiam aut secundam (cum Vilnensis A. 1629 vix exstet) appellare. Appositae in fine sunt tres appendices: 1) Discursus Maximi Graeci de utilitate Grammaticae. 2) Interpretatio slavonica Nominum Sanctorum. 3) Analysis duarum Orationum. Has et seorsim an. 1782 in 8. Mosquae impressas habeo. Male tribui ab aliquibus hanc Grammaticam Maximo Graeco recte monuit Sopikovius. Exemplari hujus Grammaticae, quod servat bibliotheca Upsalensis, passim versionem latinam margini adscripsit Sparsvenfeldius. Haec autem versio vix alia esse videtur, quam ea, ad quam perficiendam Sparsvenfeldius Mosquae an. 1686 hortatus est anonymum, qui Nissae MDCXC in 4. »Exemplar characteris Moscovitico-ruthenici duplicis Biblici et usualis« in quatuor, et Declinationum terminationes in quinque tabellis aeri incisis edidit. Is enim de studio linguae Slavonicae Mosquae continuato et de versione Grammaticae a se confecta loquens ait: »Quod meum studium cum approbasset nobilis Dominus Joannes Spahrenfeld Svecus, juvenis, praeclarissimus et suae gentis spes maxima, plurimarum linguarum peritissimus, qui eo ipso tempore agebat Mosquae, eamque linguam didicit Rutheno pariter, porrexit mihi Grammaticam fusam sola lingua ruthenica editam, ut eam pro meo exercitio latinitate do-

donarem. Qua ego perlecta utilius fore judicavi, si eam in compendiosiores terminos et clariorem methodum redigerem. Quod etiam auxiliante bono Deo brevi praestiti. Hortabantur et rogabant deinde omnes exteri, ut etiam pro eorum usu publici juris facerem, quod quidem libenter praestitisem, si alicubi typum Ruthenum cum Latino reperire potuissem. Occurrit nunc, ut saltem Alphabetum et quaedam eo pertinentia sculpi curarem, usibus illorum servitura, qui olim seu in Magna Russia, Circassia, Walachia, seu Servia, Sclavonia, Bulgaria, Bosnia pro re christiana sunt laboraturi, aut inter gentes illas versaturi, cum linguae hujus in plerisque illis regionibus, saltem in officiis ecclesiasticis, et libris sit usus. Has tabellas mihi proprias vendico, quas magno labore confeceram, etsi fundamentum aliquod ex dicta fusa Grammatica desumpserim, sed valde mendosum, confusum et pene usui nulli aptum«. Haec ille.

An et quibus rebus differat editio 1719 in 8. non possum dicere, cum eam cum priore conferre non licuerit.

Compendium ex illa pro usu scholarum confecit scholae Novogradensis discipulus, hypodiaconus Theodorus Maximov, idque Petropoli in monasterio Alexandri Nevensis 1723 in 8. imprimi fecit. Apud Alterum N. V. Constat Grammatica pag. 212. Praefatio 4 et Index alphabeticus 8 foliis.

He-

Digitized by Google

Hegumenus Eugenius brevi Lexico slavonico 1784 in 8. Petropoli edito praemisit Paradigmata Declinationum et Conjugationum Slavonicarum.

Manuductio ad Grammaticam Slavonicam (Рꙋководство къ славенстѣй грамматїцѣ), quam pro usu scholarum nationis Serbicae e pluribus aliis collegit Abrahamus Mrazovič scholarum nationalium director, primum Vindobonae 1794, deinde appendice trium foliorum, quae numeri dualis flexiones exhibent, aucta, Budae 1811 in 8. prodiit.

Brevis Grammatica Slavonica (краткаѧ славанскаѧ грамматика) a Petro Vinogradov conscripta XIV. capitibus pagg. 112. absolvitur. Petropoli 1813. 8. Slavonicam tradit lingua vernacula.

Grammatia slavonica Ms. A. 1643 Joannis Vsevicii Bibliothecae Colbertinae N. 3876., e qua Bandurius in Animadvers. in Constantini Porphyr. librum de administr. Imp. Tom. II. tabulam desumsit, a Jo. Ugevicio (Ужевик) Sclavono sacrae theologiae studioso conscripta. Inspexit eam Parisiis D. Kopitar, et ex iis quae notavit, video auctorem fuisse Polonum, aut Russum e Polonia, qui polonica slavicis miscuit.

Aliam a Johanne Sohier linguarum Slavonicae, Russicae et Polonicae interprete, an. 1724 confectam, N. 462 Bibl. regiae, citant Benedictini in novo tractatu artis diplomaticae. Hanc illi quidem Russicam dixere, at Slavonicam esse non dubito.

De

Digitized by Google

De ea, quam Caramanus in Alphabeto an. 1753 edito promiserat, non constat, utrum vel inchoata fuerit.

Jacobi Bloniцkiĭ hieromonachi Grammaticam, (Грамматика новостараго и славнаго ѧзыка) jam ante an. 1761 in monte Atho conscriptam, servari apud SS. Synodum, et Lexicon Slaveno-graeco-latinum in Kieviensi laura, Eugenius testatur. Quis non miretur et doleat, horum neutrum in lucem edi! Miror etiam non prodiisse Grammaticam, cui decem annorum operam Venetiis impenderat Justinus Višnevski, legationis russicae capellanus. Hanc typo paratam ante A. 1799 Vindobonae viderat Alterus, apud quem vide sis illius conspectum.

Hac, quam linguae slavicae cultoribus nunc offero, etiam exteris, qui linguae hujus cognoscendae desiderio tenerentur, consultum esse volui. Methodo autem nova tractandam censui, Declinationum et Conjugationum numerum augendo et aliter disponendo. Pars illa, quae vocum formas exponit, prorsus neglecta fuit ab aliis. Meletii vestigia premens in iis, quae ille recte statuit, in eo multa alia probare non potui, quae auctoritate veterum destituuntur. Optabam equidem opus magis elimatum prodere in publicum. Sed continuis amicorum editionem urgentium hortatibus ante tempus cedendum esse existimavi. Inter quos praeprimis nominandus mihi est e Vindobonensibus con-

conjunctissimus Kopitarius, bibliothecae palatinae custos, qui corrigendis diligenter plagulis, oblatis e lectissima sua bibliotheca ultro, qui mihi hic deerant, libris, exquirendis; inspiciendis et sedule conferendis quum manuscriptis tum impressis codicibus, quaedam etiam opportune monendo, operam meam multum adjuvit. Brevi ille, spero, Lexico Sloveno-graeco-latino, quod parat, feliciter absoluto, justiorem symbolam conferet ad accuratiorem penitioremque sincerae dialecti veteris scientiam.

Vindobonae 1821. 21. Decembris.

Con-

Digitized by Google

Conspectus Operis.

Pag.

Introductio.

Cap. I. De literarum slavicarum figura, pronunciatione, valore numerico, divisione, affinitate §. I.—XXVI. 1

Cap. II. De euphonia, seu de Vocalium mutatione, Consonarum transformatione, epenthesi, prosthesi et elisione literarum §. I. - XXVI. 35

Cap. III. De tono seu accentu §. I.—XI. . . 51

Cap. IV. De scribendi compendiis seu Abbreviaturis §. I.— VI. 60

Specimen Orthographiae §. VII. . . 70

Grammaticae Slavicae

Pars I.

De vocum Formatione.

Cap. I. De syllabarum radicalium structura.

Classis I. syllabarum radicalium. . . 81

Classis II. syllabarum radicalium. . . 86

Classis III. syllabarum radicalium. . . 110

Pag.
Cap. II. Functiones literarum servilium. . . 259
Cap. III. De Nomine Substantivo.
Formae Substantivorum, prima et secunda. 267
Substantiva a fine aucta vocalibus. . . 276
Substantiva consonis a fine aucta. . . 285
Cap. IV. De Nomine Adjectivo.
Adjectivorum forma prima et secunda. . 317
Adjectiva consonis servilibus aucta. . . 322
Comparatio Adjectivorum et Adverbiorum. 332
Cap. V. De Numeralibus. 336
Cap. VI. De Pronomine. 341
Cap. VII. De Verbo. 344
Verba formae primae.. 348
Verba formae secundae 354
Verba formae tertiae et quartae. . . 357
Verba formae quintae. 363
Verba formae sextae. 372
Formatio Futuri. 374
Praesens Imperativi, Gerundivi et Participii. 381
Praeteriti simplicis et Infinitivi formatio. . 383
Praeteritum Gerundivi, et Participiorum. 385
Praeteritum Iterativum. 386
Praeteritum circumscriptum. . . . 388
Praeteritum Optativi et Futurum conditionale. 391
Supini forma. 393
Passivi formatio. 394
Reciproca neutra seu media. . . . 395
Affixa personalia Verborum. . . . 396
Cap. VIII. De Praepositionibus. 398
Praepositiones in Compositis. . . . 401

Cap.

Digitized by Google

Pag.

Cap. IX. De Adverbio. 426
Cap. X. De Conjunctionibus. 440
Cap. XI. De Interjectionibus. 451
Appendix de vocibus compositis. . . . 454

Grammaticae Slavicae

Pars II.

De vocum Flexione.

Cap. I. Declinatio Substantivorum. . . . 459
Masculinorum duae. 466
Neutrorum tres. 474
Femininorum quatuor. 478
Declinatio Adjectivorum indefinitorum. . 482
Cap. II. Declinatio Pronominum 1mae et 2dae personae. 489
Declinatio Pronom. tertiae personae I. et II. 495
Declinatio Adjectivorum definitorum I. et II. 501
Declinatio Numeralium. 505
Flexio Dualis Pronominum, Substantivorum et Adjectivorum. 510
Cap. III. Verborum Conjugatio.
Conjugatio prima. 521
Conjugatio secunda. 525
Conjugatio tertia. 528
Anomalorum Conjugatio. 534
Notae generales et speciales in quaedam tempora. 552
Mutatio toni in Conjugatione. 570
Analysis grammatica orationis dominicae et versuum quorundam Evangelii Johannis. 573

Digitized by Google

Grammaticae Slavicae

Pars III.

De vocum constructione.

	Pag.
I. Syntaxis Convenientiae.	581
Substantivi collectivi.	587
Verbi in plurali.	591
Adjectivorum cum Substantivis.	593
Numeralium.	598
Reciprocorum СЕБЕ, СВОЙ.	602
Relativi ИЖЕ pro Articulo)	609
Particularum НЕ et НИ.	611
II. Syntaxis Regiminis.	614
Accusativi regimen	615
Genitivi regimen.	619
Dativi regimen.	629
Localis regimen.	637
Instrumentalis regimen.	640
Regimen Infinitivi et Supini.	645
Regimen Gerundivi.	646
Rectio Praepositionum.	648
III. Syntaxis ordinis.	667
Specimina e Codd. tam cyrillicis, quam glagoliticis.	672

In-

Introductio
in
Institutiones linguae Slavicae.

Caput I.
De literarum Slavicarum figura, pronunciatione, valore numerico, divisione, affinitate.

§. I.

Soni linguae Slavicae omnes et singuli neque latinis, neque graecis characteribus exprimi possunt. Hinc ingeniosa inventione opus fuit ad constituendum alphabetum omnibus numeris absolutum. Auctor illius Constantinus Philosophus, alias Cyrillus dictus, Methodii Pannoniae et Moraviae Archiepiscopi frater, Slavis primum Bulgariae, deinde Moraviae daturus Evangelium aliosque libros liturgicos, hoc consilio usus est, ut graecos characteres fundamenti loco substerneret, sonorum a graecis alienorum signa ex aliarum nationum, Armenorum videlicet et Coptorum, alphabetis mutuaretur, reliquisque adaptaret, ac, missis nominibus literarum graecis seu phoeniciis, Slavicas appellationes substitueret, pro Alpha enunciando *Az*, pro Bita seu Vita *Vjedi*, interposito

A ta-

Digitized by Google

tamen *Buki*, quod Latinorum B respondet. Eadem ratione literae Zjelo, quae Graecorum signo numerico ς respondet, praemisit sonum živjete; in reliquis jam non turbato alphabeti ordine usque ad ѿ progressus est, nisi quod literas, Graecis duntaxat proprias, ѯ, ѱ, ѳ, ѵ, ad finem plane rejecerit.

§. II. Figuras et nomina literarum slavice scripta in tabula prima aeri incisa conspicienda exhibuimus; valorem earum nunc exponemus.

Respondet autem

А	а	az,	Graeco Α	Lat.	a
Б	б	buki,	. .		b
В	в	vjedi,	Β		v
Г	г	glagol,	Γ		g
Д	д	dobro,	Δ		d
Є	е, є	est (jest)	Ε		e
Ж	ж	živjete,	. .	Gall.	j
Ѕ	ѕ	zjelo,	ς		z
З	з, ζ	zemlja,	ς		z
И	и	iže,	Η	Lat.	i
І	ї	i,	Ι		i
К	к	kako,	Κ		k
Л	л	ljudi,	Λ		l
М	м	mysljete,	Μ		m
Н	н	naš,	Ν		n
О	о	on,	Ο		o
П	п	pokoj,	Π		p

P

Digitized by Google

Alphabetum Cyrillicum.

А	а	азъ.	Ѹ	оу ꙋ	ѹкъ.
Б	б	букѵи.	Ф	ф	фертъ.
В	в	вѣди.	Х	х	хѣръ.
Г	г	глаголь.	Ѿ	ѿ	ѿтъ.
Д	д	добро.	Ц	ц	цы.
Є	є	єсть.	Ч	ч	червь.
Ж	ж	живѣте.	Ш	ш	ша.
Ѕ	ѕ	ѕѣлѡ.	Щ	щ	шча.
З	ꙁ ꙃ	земля.	Ъ	ъ	єръ.
И	и	иже.	Ы	ы	єры.
І	ї	ї.	Ь	ь	єрь.
К	к	какѡ.	Ѣ	ѣ	ять.
Л	л	люди.		є	є.
М	м	мыслѣте	Ю	ю	ю.
Н	н	нашъ.	Ѡ	ѡ	ѡ. ѡ.
О	ѻ о	онъ.	Ꙗ	ѧ	ꙗ. ꙗ.
П	п	покой.	Ѯ	ѯ	кси.
Р	р	рцы.	Ѱ	ѱ	пси.
С	с	слово.	Ѳ	ѳ	ѳита.
Т	т	твердо.	Ѵ	ѵ	ижица.

Digitized by Google

Р	р	rci,	Graeco ρ	Lat.	r
С	с	slovo,	σ		s
Т	т	tverdo,	τ		t
ОУ, Ѫ, Ȣ	оу, ѫ, ȣ	uk,	ου, ȣ		u
Ф	ф	fert,	Φ		f
Х	х	chjer,	χ	Germ.	ch
Ѿ	ѿ	ot,	ὼτ	Lat.	ot
Ц	ц	ci,	(τζ)	Ital. / Germ.	z / z
Ч	ч	červ',	. .	Ital.	ce
Ш	ш	ša,	. .	Gall. / Germ.	ch / sch
Щ	щ	šča,	. .	Germ.	schtsch
Ъ	ъ	jerr,	. .		. .
Ы	ы	jery,	. .	Pol.	y
Ь	ь	jer,	. .	Boh.	'
Ѣ	ѥ, ѣ	je, jat',	. .	Lat.	je
ЮУ, Ю	юу, ю, ѭ	jus,	. .		ju
Ꙗ, Ѧ	ꙗ, ѧ	ja	. .		ja
Ѯ	ѯ	ksi,	ξ		x
Ѱ	ѱ	psi,	ψ		ps
Ѳ	ѳ	thita	Θ		th
Ѵ, Ѵ	ѵ, ѵ	ižica	υ		y

§. III. Valor harum literarum numericus prorsus idem est, qui apud Graecos:

а̃	в̃	г̃	д̃	є̃	ѕ̃	з̃	и̃	ѳ̃	ї̃
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
а̃ї	в̃ї	г̃ї	д̃ї	є̃ї	ѕ̃ї	з̃ї	и̃ї	ѳ̃ї	к̃
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
к̃а	л̃	м̃	н̃	ѯ̃	о̃	п̃	ч̃	р̃	
21	30	40	50	60	70	80	90	100	
с̃	т̃	у̃	ф̃	х̃	ѱ̃	ѿ̃	ц̃		
200	300	400	500	600	700	800	900		
҂а̃	҂в̃	҂г̃							
1000	2000	3000 etc.							

Olim et ѧ valebat 900.

Ut itaque annus a condito mundo ҂зтк̃ѳ sit 7329, a quo si 5508 demas, annum ҂аѿ̃ка i. e. 1821 obtinebis.

§. IV. Figurae harum literarum graecas seculi noni referunt, his eo similiores, quo antiquiores codices inspexeris.' Serbicos ductus, quales Postellus anno 1538 exhibuit, et Theseus Ambrosius A. 1539 pluribus descripsit, quidam typographi Veneti, imprimentes libellos catholicos Bosnica lingua scriptos seculo XVII. imitati sunt. Paulisper etiam a forma Cyrillicorum characterum antiqua deflectunt ii, qui versionibus illyricis Antonii Dalmatae et Stephani Istriani Tubingae annis 1561, 1562, 1563 impressis adhibiti sunt. His plane similes sunt, quos tabula II. e Bohorizhii Grammatica desumtos ante oculos sistit.

Rus-

Digitized by Google

Alphabetum Cyrillicum

Majus.	Minus.	Curr.	Nom. valor	N.	Majus.	Minus.	Curr.	Nom. valor.	N.
А	а	а	as	1.	Ҁ			[illegible]	90.
Б	б	б	boga		Р	р	р	rezi	100.
В	в	в	vidil	2.	С	с	с	slovo	200.
Г	г	г	glagole	3.	Т	т	т	terdo	300.
Д	д	д	dobro	4.	Ѹ	оу	ȣ	uk	400.
Е	є	є	asti	5.	Ф	ф	ф	fert	500.
Ж	ж	ж	shivite		Х	х	х	hir	600.
Ѕ	ѕ	ѕ	selo	6.	Ѱ	ѱ	ѱ	psi	
З	з	з	semla	7.	Ѿ	ѿ	ѿ	ot	700.
	И		ishe		Щ	щ	щ	shtsha	800.
Н	н	н	i	8.	Ц	ц	ц	ci	900.
Ѳ	ѳ		thita	9.	Ч	ч	ч	zhorv	1000.
І	і	і	jota	10.	Ш	ш	ш	sha	
К	к	к	kako	20.	Ь	ь	ь	jor	
Л	л	л	liudi	30.	Ѣ	ѣ	ѣ	jad	
М	м	м	mislite	40.	Ꙗ			ja	
N	N	N	nash	50.	Ѥ			je	
Ѯ			xi	60.	Ю			jo	
О	о	о	on	70.			Ѫ	jus	
П	п	п	pokoi	80.					

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Alphabetum Glagoliticum, aliter Hieronymianum dictum.



Compendia Literarum ex M. S. Hohenfurt.



ſ. cyrill glagol.

Russici, qui politici seu civiles vocantur, ex ecclesiasticis orti, pro vario artificum conatu alii aliis elegantiores sunt. His nunc et Serbi, adjectis formis quibusdam propriis, utuntur. (Vide Parallelismum alphabeti Serborum cum viciniorum popularium et aliis cultioris Europae alphabetis', quem Vukii Lexicon Serbico - Germanico - Latinum p. LXIX. conspiciendum praebet).

§. V. A Cyrillico autem alphabeto, quo a medio seculo nono omnes Slavi graeco ritui addicti usi sunt, figuris plane differt alphabetum Slavicum, quod Glagoliticum seu etiam Bukvitza appellatur. Voluit nimirum auctor ejus, incertus Dalmata, cyrillicum antiquum in compendium redigere, retentis quidem literarum nominibus, sed ductibus pro ingenio suo formatis, a priorum forma valde diversis, quos tabula III. exhibet. Hoc alphabetum clerici Dalmatiae, ut liturgiae suae Latino - Slavicae, recenter inventis literis conscriptae, auctoritatem conciliarent, mox a prima ejus inventione, initio nempe seculi XIII., S. Hieronymo, quem, utpote Stridone natum, Slavum Dalmatam fuisse sibi persuaserant, tanquam inventori tribuerunt; hinc vulgo Hieronymianum appellari solet. Notandum vero, literas glagoliticas a cyrillicis differre primum valore numerico. Buki enim valet 2, Vjedi 3, Glagol 4, Dobro 5, Jest 6, živjete 7,

Zjelo

Zjelo, 8, Zemlja 9, Iже 10, I 20, Je 30, Kako 40, Ljudi 50, Mysljete 60, Naш 70, On 80, Pokoj 90, Rci 100, Slovo 200, Tverdo 300, Uk 400, Fert 500, χjer 600, Ot, quod figuram Psi refert, 700, шta 800, Ci 900, черv 1000. Differunt deinde etiam numero et ordine. Inter I et Kako, Je ad exprimendum latinum j insertum est; literae autem graecae ksi, psi, thita, et ижица, tanquam inutiles plane omissae sunt, cum auctor literas ks pro ξ, ps pro ψ, t pro ѳ, u et i pro v scribere maluerit. Literam ф retinuit, cum ei latinum f respondeat. Nec enim nomina Felix, Fabianus, Fortunatus apte scribere potuisset, licet subinde φ graecum seu ph latinum in p mutet, scribendo Pilip pro Philippus. Unico o contentus, Ot rescidit, quod graeci ω figuram referret, quamvis nomen Ot retinuerit, illudque figurae ex ψ ortae tribuerit. Inter Jerr crassum et Jer tenue seu molle, codicum Cyrillicorum a Serbis scriptorum abusum secutus, nullum discrimen observavit; ita, ut nescias, utrum in voce *den* n pronunciandum sit, uti n solidum, an vero uti ń liquidum. Cyrillicum ѧ et ѫ figura una expressit, sequendo consuetudinem patriae suae, quia Dalmatae illo aevo Jazyk et jezyk promiscue pronunciasse videntur. Є initio pro ѥ etiam in codicibus cyrillicis, recentioribus tamen, usurpatur. Hos imitatus Dalmata, Jest gla-

glagoliticum initio vocum pro к, et post consonantes pro ε puro adhibuit. Šča, cum in medio et fine apud Dalmatas ut illyricum ch, non ut щ sonet, literae Ci praeponendum censuit. Solent autem щ glagoliticum, dum hac litera sonum cyrillici щ exprimere volunt, Dalmatae, tribus punctis notare, aut ei literam ш praefigere. His defectibus alphabeti glagolitici mederi volentes Raphael Levakovich et Matthaeus Caraman, librorum liturgicorum correctores, variis signis literas glagoliticas notarunt ad exprimendos sonos omnes, qui aptissime literis cyrillicis redduntur.

Hoc consilio opera Caramani Jadrensis Archiepiscopi Romae 1753 Bukvar Slavenskij literis tam cyrillicis quam glagoliticis editus est.

§. VI. Qui alphabetis e latino aut germanico formatis utuntur, uti Illyrii in Slavonia et Dalmatia, Croatae, Carnioli, Poloni, Bohemi, et Venedi Lusatiae, diversa ratione sonos Slavis proprios signant, eos nimirum, quos simplici litera exprimere non poterant. Cape exempla:

Cyrill.	Illyr.	Croat.	Carn.	Pol.	Boh.
з	z	z	s	ż	z
ж	x	s	sh	ź	ž
c	s	sz	ſ	s	s
ш	sc	sh	ſh	sz	ſſ, š
ц	c	cz	z	c	c
ч	cs	ch	zh	cz	č

Ve-

Venedi Lusatiae Bohemos secuti ž pro ж, aliqui etiam ʒ pro з retinuere, alii vero litera ſ pro з, ʒ vero pro ц, ß pro с, ſch pro ш, tž pro ч utuntur.

In exprimendo щ plerique multum variant. Poloni scribunt szcz, Croatae sch: щоука, lucius, Pol. szczuka, Croat. schuka. Illyrii vero щ pronunciant uti шт (sht, sct), hinc shtuka, sctuka, Serbice штука. Bohemi quoque щ in ſſt' mutant, quamvis Slovaci ſč seu ſſč adhuc servarint: Ohnisst'e, ohnissče. Apud Carniolos plerosque terminatio iſze (ише) viget pro iſzcze (ище). In Infinitivis in щи, et gerundivis in ꙋщ, ащ, et in fine vocum мощ, нощ et similibus, Illyrii pro щ amant ch, Serbi ћ, cujus defectum alii per ть supplent; Poloni et Bohemi his in vocibus non nisi ц pro щ et pronunciant et scribunt.

Pro χ Poloni, Bohemi, Lusatae scribunt ch, cui Croatarum et Carniolorum h aequivalet. Illyrii quidem h scribunt pro χ: hud, hoditi, uho, muha, suh, pro χоуд, χодити, оуχо, мꙋχа, сꙋχ, sed pronunciant ut latinum h. Serbi vero sonum χ plane negligunt aut subinde in в mutant: уд, одити, уво, муа et мува, сув, lege: ud, oditi, uvo, mua, muva, suv. Bohemorum autem h respondet slavico г: hora, гора, mons. Si enim г hiante gutture efferatur, quod et Russorum ali-

qui

qui faciunt, facile in h transit. Pronunciant autem h pro r, praeter Bohemos, Slovaci omnes, immo et Lusatae superiores. Polonorum sibilantes ź, ś, ć, rhinesmusque in pronunciandis vocalibus ą, ę, slavicis literis nullatenus exprimi possunt. Literae rz respondet quidem slavicum рь, sed sono longe diverso. Amant autem Poloni et Bohemi stridens rz in omnibus vocibus, in quibus ь, aut vocales и, ѣ, ѧ, ю, cum р conjunguntur: кpилo, krzidlo, рѣка, rzeka.

§. VII. Etsi Cyrillus literam б ante в, et ж ante з inseruerit, ingenio usus suo, aut Latinos et Armenos hac in re imitatus, noluit tamen ordinem alphabeti graeci in aliis ita turbare, ut sibilantes literas slavicas locis suis cum c conjungeret. Rejecit enim ц, ч, ш, щ, et signa ъ, ь, uti et vocales affectas, ad finem post ѿ. Recta autem methodus eum omnino ordinem sibi vendicat, qui literarum cognationi et affinitati innitatur. Habita igitur ratione organorum, primam seriem constituent vocales purae, quas pulmonales liceat appellare. His mox palatinae seu vocales affectae subjiciendae sunt.

Secunda series consonas labiales, tertia linguales, quarta dentales, quinta sibilantes omnes, sexta demum gutturales in tabula hic apposita conspiciendas praebet:

Vo-

Digitized by Google

Vocales.

I.	1.	а,	о,	оу.	
			є,	ы.	
			ї, и,		
	2.	ꙗ,	ѥ,	юу seu ю.	
		ѧ,	ѣ,	ѭ.	

Consonantes.

II.	в,	б,	п,	м.
III.	н,	л,	р.	
IV.	д,	т.		
V.	з,	ж.		
	с,	ш,	(щ)	
	ц,	ч.		
VI.	г,	х,	к.	

Literam ф, quam hic consulto exclusimus, quod non nisi peregrinis vocibus scribendis serviat, si quis seriei secundae inserere velit, locum inter в et б occupabit. Literas ѯ, ѱ, ѳ, ѵ, utpote sonis peregrinis, non slavicis, exprimendis aptas eodem jure hic exclusimus, quo in alphabeto cyrillico extra seriem ad finem rejectae, in glagolitico prorsus exclusae fuere.

§. VIII. Vocalis ї, natura sua liquidissima, aliis vocalibus ita praefixa ut cum eis coalescat in unam syllabam, aequivalet latino et germanico j, adeoque naturam consonantis induit. Hinc syllabae ꙗ,

ѥ,

ѥ, юу seu ю, uti *ja*, *je*, *ju* pronunciandae, pro diphthongis haberi non possunt. In fine vero post vocales alias appositum и, quando cum vocali praecedenti uno oris motu conjunctim effertur, diphthongum proprie sic dictam constituit. Tales sunt:

ай, ой, оуй
ей, ъій
їй.

Et praefixo ї: ꙗй, ѥй, юй.

Quo in casu и superne notari solet sigla, quam colliquescentem (слитнаꙗ) appellant Grammatici.

Consona в, licet affinis vocali оу seu ȣ, post vocales quascunque in fine posita diphthongos non efficit. в enim in terminationibus ав, ов, оув, ев, ив pronunciandum est eo fere modo, uti solet ante vocalem efferri, id est leni flatu, qui ad f latinum fere magis accedat, quam ad vocalem оу.

(a) Male igitur Meletius Smotriski, princeps Grammaticorum slavicorum, et qui eum ducem secuti, inter Diphthongos non solum ꙗ, ѥ, ю quas inproprias nominarunt, immo et оу, ъі retulerunt. Hinc syllabas оуй, ъій Tripthongos, ѫй plane Tetraphthongum appellarunt, quod hanc e quatuor vocalibus (юуй) constare censuerint, cum tamen ѫ sit aequale graeco ȣ, latino u, russico у, cui junctum и Diphthongum ȣй seu уй constituit. Diphthongos аѵ, еѵ et ѵй non nisi in graecis vocibus reperias.

§. IX.

§. IX. Orthographiam quod attinet, plura observanda veniunt. Primum circa vocales:

1. а solidum paucas admodum voces inchoat: а sed, абїе mox, аще si, аки sicut. Pro аз in dialectis aliis olim ꙗз in usu erat, unde hodiernum ꙗ rejecto nimirum з. Supplet quandoque а vices vocalis liquidae ꙗ, ut in амо pro ꙗмо quo. Post ж, ш, ч olim ѧ scribebatur, nunc fere ubique а: юношѧ juvenis pro юноша, чѧс hora pro час, отрочѧ puer pro отроча; immo et post ц: оцѧ, срдцѧ, лицѧ, pro оца, срдца, лица. Librarii Serbici male вса omnia, всак quilibet, pro всѧ, всѧк, item каа quae, pro каꙗ seu каѧ scripsere.

(b) Signari solent non solum а, sed et reliquae Vocales omnes initio vocum (in antiquis codicibus etiam initio syllabarum) sigla quam тонкаꙗ, id est ψιλή, appellant, quaeque Graecorum spiritui leni respondet: а̓, и̓, ꙗ̓ etc. In Bibliis stereotypo A. 1816 Petropoli impressis signum hocce editores Russi, Orthographiam dialecti suae secuti, penitus neglexerunt, quos utique, cum vocum nunc a se divisarum initia etiam sine signo facile dignosci possint, mihi quoque sequi licebit.

(c) Spiritum asperum (гꙋстаꙗ, id est δασεῖα) plane non norunt Slavi, nec in ipsis vocibus quas Graeci adspirant: адъ seu а̓дъ infernus, ᾅδης. Recentiores tamen quidam, praeeunte Meletio Smotriski, saltem voces ab ѵ incipientes aspero notandas censuere: ѵ̔пакои etc.

2. ѡ et о non differunt sono, sed usu vario. ѡ scribitur a) in vocibus peregrinis: Іакѡв, Іѡсиф, in quibus Graeci ω usurpant. In nimbo

ima-

Digitized by Google

imaginum Salvatoris о ωн est graecum ὁ ὤν. b) in interjectione ѡ̀ Vocativo praefixa; in Praepositionibus ω, ωв, ѿ, et vocibus cum his compositis. Reperias tamen окрест, одежда, обычай, окласть, облак, образ, in quibus praepositiones о et об secundum regulam ω exigerent. c), non raro initio vocum aliarum in codicibus, ut ωгнь, ωцет, ωн; rectius tamen alias огнь, оцет, он. In antiquissimo Izbornik a. 1073 plane отъ pro ѿ legitur. d) in casibus pluralis numeri, quos, subtilius quam opus erat, distinguere volebant librarii: ex. gr. in genitivis вωин militum, пророк, отрωк, законник, дωлжник, quae in nominativo singulari scribuntur per о: воин miles etc. In genitivo in ωв: жидωв Judaeorum, non alia certe ratione quam ut distinguatur a possessivo жидов. Sic сωт, genitivum a сто centum, distinguunt a сот favus. In dativis in ωм, ne terminatio eorum cum instrumentali singulari in ом confundi possit: законникωм, оученикωм. Бωлша, мнωга nominativi plurales, generis neutrius, ω amant, ob discrimen a feminino singulari болша, многа. Hoc modo nom. plur. глагωли verba, ab imperativo глаголи *loquere* differt. e) in adverbiis ob discrimen adjectivorum in о desinentium: зѣлω valde, тамω ibi. f) denique in Genitivo singulari Pronominum et Adjectivorum, quem nimia cura ab Accusativo, ut eis videbatur,

se-

Digitized by Google

secernendum voluere: кгѡ ejus, свѧтагѡ sancti. In formula оуз꙼рѣ кго отецъ кгѡ vidit eum pater ejus, primum кго Accusativi vices sustinet, secundum vero кгѡ officio suo defungitur.

3. оу initio vocum, ȣ vero in mediis et ultimis syllabis scribi solet: оукрȣх fragmentum. Compendii causa Russi pro оу usurpant ubique ѵ, quod et in Bibliis Slavicis novissime impressis initio vocum prima vice tentatum est.

(d) In libris Serbicis fere omni in loco оу, et non nisi rarissime ȣ legitur. In variis codicibus manuscriptis, antiquissimis aeque ac recentioribus, post consonantes ѫ pro ȣ legitur: рѫка manus, вѣрѫ правѫ fidem rectam. Russorum Ik seu ѵ olim non nisi pro v scribebatur, praecipue in codicibus Serbicis; мѵро unguentum, pro мvро. In Russicis tamen codicibus etiam antiquis ѵ subinde jam pro оу reperias: рѵка etc.

§. X. Ab *Est* seu є solido nulla vox slavica inchoatur. In manuscriptis antiquis et libris a Serbis editis initio vocum к pro є scribebatur; nunc compendii causa ѥ initio vocum scribitur, sed pronunciatur ut je. Inde factum est, ut є, etiam sine praefixo ї, *Jest* nominaretur. є et ѥ omnino non differunt nisi usu; ѥ initia vocum occupat: ѥ id, ѥи ei (feminae), ѥмȣ ei (viro), ѥда num, ѥщє adhuc. Praecipiunt autem Grammatici etiam in medio vocum post consonas, sed non nisi tum scribendum ѥ, cum casus pluralis numeri a similibus singula-

la-

Digitized by Google

laris numeri distinguere volunt. Differt hac ratione Genitivus pluralis отєц a Nominativo singulari отец, Dativus pluralis мꙑтарєм ab Instrumentali singulari мꙑтарем, et plurales вєси, двєри, сєстрꙑ, a Genitivo singulari веси, двери, сестрꙑ. Genitivus plur. овец *ovium* scribitur per ε, quod ei nullus casus in singulari respondeat; plur. nom. знамєнїа autem per є, quod ei Genitivus singularis знаменїа similis sit.

ε igitur alias semper post consonas et vocales in medio et fine locum habet: берꙋ accipio, мед mel, бꙋдете eritis. Est autem inter ε et ѣ tanta affinitas ut post consonas varias ε saepius vices liquidae ѣ suppleat: пре, пред; време, древо, quae librarii Russici amant, pro прѣ, прѣд, врѣме, дрѣво, quae Serbici codices constanter retinent.

§. XI. Vocalis ꙑ ab и seu ї ita differt, uti а solidum a liquida ꙗ. Igitur ꙑ inter vocales solidas, ї vero inter liquidas referri debet.

(c) Constat autem ꙑ, uti in antiquissimis Codicibus scribitur pro hodierno ы, e crasso ъ (non e tenui ь) et ї. Neglecto paulatim jam inde a seculo XIII. discrimine inter ъ et ь, librarii Serbici ubique ь pro ъ scribere coepere. Hos imitatus auctor alphabeti glagolitici, excluso altero, unico *Jer* contentus fuit, nullius fere usus, nisi ad separanda ab invicem vocabula, quae olim conjunctim sine intermedio spatio scribebantur.

Notandum vero literam ꙑ, seu, ut nunc scribitur, ы, initio vocum nuspiam occurrere. Suppo-

ponit enim consonam solidam praeeuntem crassius enunciandam. Differunt autem ы et и consonis junctae non solum figura, sed ipso significatu et pronunciatione. Crassius enim et durius sonant syllabae вы, кы, пы, мы, gracilius et mollius ви, ки, пи, ми, quarum discrimen facile observabis, si ore Polono aut Russico prolatas audieris. Simili modo differunt ны, лы, ры a ни, ли, ри. Stridentem syllabae ри sonum, Polonis, Bohemis atque Moravis communem, quem per ʼrz exprimunt, alii Slavi prorsus ignorant; latum tamen r a tenuiori recte distinguunt Lusatae inferiores.

Ad discrimen hoc notandum interpres veteris testamenti Sorabici, Cotbusii 1796 impressi, Joh. Frid. Fritze, duplici figura literae r usus fuit.

Ды, ты, a ди, ти, vix alii melius quam Bohemi et enunciando et scribendo dy, ty, et di, ti, distinguunt. Immo et post sibilantes з et с discrimen inter ы et и observandum est. Post ц vero et densiores sibilantes ж, ш, щ, ч, locum suum и sibi vendicat. Post г, х, к vero non nisi ы, uti pluribus seculis constanter observatum fuit, et ipsa analogia exigit, scribendum est, etsi nunc in libris slavicis, quos Russi ediderunt, more Polonorum post gutturales и scribatur. Clariora haec fient exposita literarum ъ et ь functione.

Digitized by Google

XII. 1. Characteres ъ et ь, quos quidam literas aphonas (безгласная) dixere, Smotriskius conjunctim sonantes (припряжногласная) rectius appellavit, quod temperando sono consonantium syllabam aut vocem finientium inserviant. Crassius enim et durius sonant literae, quibus ъ crassum (дебелое) affigi solet, tenuius autem et mollius, quibus ь tenue (тонкое) apponitur. Sic finales consonae vocum кровъ tectum et кровь cruor, вонъ foras et вонь in eum, ленъ linum et лѣнь piger, оуглъ angulus et оугль carbo, ядъ venenum et ядь esca, медъ mel et мѣдь aes, перстъ digitus et персть humus, частъ frequens et часть pars, atque aliarum plurium differunt.

2. Post literas г, х, к, nec tenue *Jer* (ь) nec и seu ї, locum habere potest, sed duntaxat crassum (ъ): снѣгъ nix, страхъ metus, пророкъ propheta. Hinc in accusativo plurali non и, sed ы scribendum erit: снѣгы, страхы, пророкы; minime vero, uti solet pro arbitrio librariorum polonizantium снѣги, страхи, пророки.

3. Densiores vero sibilantes ж, ш, ч, uti et щ, postulant in fine ь: стражь custos, нашь noster, плищь strepitus, козлищь haedus, мечь ensis, врачь medicus, плачь fletus, жрецъ sacrificulus, заяцъ lepus. Hinc post literas has ы locum habere non potest.

(f) Contra analogiam certe in libris impressis scribuntur пророцы in Nominativo pro пророци, сердцы in locali pro сердци, тецы in Imperativo pro теци, нищым in Dativo plurali pro нищим, чающым expectantibus pro чающим, et similia alia.

§. XIII. Quando vero post consonantes labiales, linguales, et dentales, et post sibilantes з et с, scribendum sit ь, ex usu et pronunciatione, ex analogia grammatica, formis nimirum vocum et flexionibus, dijudicari debet. Usus ex. gr. docet scribendum et pronunciandum червь vermis, голубь columba, седмь septem, осмь octo, маріамь, аминь, день dies, конь equus, огнь ignis, моль tinea, вопль clamor, царь rex, звѣрь fera, дождь pluvia, пять quinque, путь via, тать fur, зять gener, тесть socer, гость hospes, князь princeps, весь omnis, сь hic, unde et днесь hodie. De aliis index radicum consulendus erit. Analogia, et quidem regula discernendorum generum, docet, omnia Feminina in consonam desinentia exigere ь: сѣнь umbra, соль sal, дебрь vallis, пядь spithama, плоть caro, радость gaudium, смерть mors.

§. XIV. Sunt tamen et Masculinorum derivatorum formae quaedam, uti ень, ель, арь, quae ь amant: камень lapis, спаситель salvator, мытарь publicanus; item Adjectivorum possessivorum, quae a Substantivis ope ь et ень formantur: велблуждь cameli, Фараонь Pharaonis, Сіонь Sionis,

nis, Іаковль Jacobi, орль aquilae, Господень Domini. Adde исполнь plenus, свободь liber, чужль alienus.

Cum Imperativi flexio и postulet, in apocopatis даждь da, виждь vide, ь retentum fuit, absorpti и indicium. Idem dicendum de persona tertia singularis et pluralis єсть, имать, суть, et paucis aliis anomalis.

(g) Olim omnium verborum personae tertiae in т Jer molli, non ut hodie crasso notabantur: будеть будуть. Participiorum autem passivorum terminatio in и signo ъ finitur: питаємъ, творимъ, non питаємь, творимь, uti Grammatici subtilius distinguere haec tempora volebant a persona prima pluralis. Post м vero in Locali et Instrumentali codices antiquissimi constanter ь affigunt: въ томь, въ нѣмь, тѣмь, тѣмьже, прѣдъ нимь, къімь словомь. Joann. 1, 7 recte olim legebatur: да вси вѣру имутъ имь, ut omnes crederent *per eum*, non єму, uti librarii locum hunc foede corruperunt, male supponendo имь esse Dativum pluralem. Dativi certe pluralis in имъ et омъ constanter crasso ъ distinguebantur a casu singulari: имъ eis, облакомъ nubibus, оученикомъ discipulis.

§. XV. Rarius nunc post literam aut syllabam primam in medio vocum ь scribi solet. Praeter voces польза utilitas, et пользую, свѣдѣтельство testimonium, льстити seducere, vix alias in Bibliis recenter impressis reperias. In antiquis libris, praecipue manu exaratis, plura occurrunt, uti: тьма tenebrae, судьба judicium, татьба furtum, сонмъ synagoga. His adde ex antiquissimo codice, in quo alias ъ et ь exactissime distingui solent,

lent, правьда justitia, славьнъий gloriosus, кдиньство unitas, їдольскъий idolis proprius, горьскъий montanus, адьскъий infernalis, брашьно cibus, помощьник adjutor, et centena alia.

(h) In eodem codice non solum смерть, плоть, sed etiam съмьрть, плъть scriptum invenitur. Supplevit enim vocalem о non raro crasso ъ, е vero leni ь. Sic испълнь, кръвь, дълго russico more legendum est исполнь, кровь, долго; оцьтъ vero et мьртвьць uti оцет, мертвец. Serbici codices in his minus accurati sunt, cum inter ъ et ь discrimen a multis seculis non observent, ubique ь leni utentes: сьмрьть, quod absorbendo vocalem euphonicam Russorum, pronunciant смрт; etsi in glagoliticis libris subinde семерт scriptum invenias.

§. XVI. Solebant autem etiam ope ъ compositae voces a simplicibus distingui. Aliud certe est свѣтъ lux, aliud съвѣтъ consilium (Russice совѣтъ), quod ex съ *cum*, et radice вѣт *sermo* constat. Sic съвѣсть (совѣсть) conscientia ex съ et вѣсть. Hac ratione disjunguntur etiamnum praepositiones separabiles a voce sequenti, cui praefigi solent: въ град in urbem, съ мною mecum, прѣдъ нимь, ante eum, Nunc usus obtinuit, ut praepositiones въ, къ, съ, item изъ, безъ, надъ, предъ, signo *Jerik* ʼ notentur: вʼ, кʼ, сʼ, изʼ, надʼ, nisi euphoniae causa potius о pro ъ assumant: во, ко, со, предо etc. Idem valet de conjunctione нъ verum, cui Russi apponunt о, Serbi vero а: но, на. Pro отъ ab, ubique ѿ in libris impressis legitur. In compositis ъ prae-

praepositionibus affixum plane jam omitti solet: вселити pro въселити, изведꙋ pro изъведꙋ, воздвигнꙋ pro возъдвигнꙋ etc. In предидетъ tamen пред̓ sigla *Jerik* notatur.

(i) A *Jerik* differt sigla *Pajerk* ꙿ, qua olim in impressis libris, docente Smotriskio, suppletum fuit lene ь: перст̑ pro перстъ. Idem monuit lineolam lenientem quibusdam vocibus imponi: пола́нъи (a поле), во́нже, со́нмъ, хвала́ный, сꙋ́дба. Sed has literas si quis accuratius exprimere velit, nunc potius iis affigendum erit lene ь: вонꙗже, соньмъ. Obiter hic notandum, in Bibliis nuper impressis voces вонь et воньже male hoc modo dividi: въ онь, et в оньже. Nam vocalis о non ad нь, sed ad в referri debet. Sicut enim нань, ex на et нь (pro и) constat, ita вонь ex во et нь: ideoque si dividenda sint, pro въ онь, въ оньже scribendum erit во нь, во ньже, cum orta sint ex во и in eum, во иже in quem, mutato и in нь.

§. XVII. Quoties cumque сѧ verborum personis consona finitis pressius apponitur, nullo ъ opus esse senserunt jam alii. Scribunt enim речетсѧ, мнитсѧ, ѿверзꙋтсѧ, quin inter finalem literam т et сѧ interponatur ъ. Eodem modo кто scribitur, quod veteres ope ъ disjungebant: къто. Cum igitur singulas inter voces, quae olim uno tenore scribebantur, nunc etiam spatia relinquantur, ac literae mollius pronunciandae leni ь signentur, videtur et mihi superfluum finem vocum crasso ъ notare, cum illud ubique supponi debeat, ubicumque lene ь locum non habet. Manet tamen func-

tio

tio illius ante ї in constituenda vocali solida *Jery* (ъї) admodum necessaria.

(k) Vis nominum кръ seu ҁръ et крь seu ҁрь, quae Cyrillus figuris ъ et ь imposuit, in eo consistit, quod sono diverso finalis literae р functionem signorum ъ et ь, Armenorum R duplex, asperum et dulce, fortasse respiciens, exprimere voluerit. Huic discrimini explicando exemplum satis aptum praebent non solum vocabula тръ vehemens, et трь fruges vernae, sed et plura alia, uti велъ et вель, бѣлъ et бѣль, данъ et дань, тѣтъ et тѣть et omnia alia in consonas ejusmodi desinentia, quae subinde durius, aliquando lenius sonant, ideoque utriusque signi ъ et ь capacia sunt, nimirum в, б, п, м, н, л, р, д, т; his enim pro vario soni temperamento et ъ et ь affigi solet.

§. XVIII. In regulis de scribendo ы et и, quas diligenter collegit *Abraham Mrazovics*, et in Grammatica sua in usum Serborum scripta clare exposuit, cum eae et rectae pronunciationi syllabarum radicalium, et analogiis formationum et flexionum atque communi usui innitantur, nihil fere est, quod jure reprehendam, duabus tamen exceptis, quae auctoritati librorum novorum a Russis editorum nimium tribuunt.

Quarum una praecipit, scribendum ы post ц, quod et codicibus antiquis et ipsa analogia refellitur. Si namque ex. gr. рабъ in Nominativo plurali и, non ы, postulat, certe et агнци, лици, мѹченици, uti haec in Serbicis libris antiquitus impressis recte exarata leguntur, scribendum erit.

Al-

Altera и post г, х, к pro ы, ponendum docet. Codices autem antiqui tam Russici, quam Serbici omnes, immo et libri liturgici seculo XVI. a Serbis impressi constantissime post gutturales has, analogia id exigente, ы scriptum exhibent: гыбнѹ, книгы, врагы, грѣхы, вѣкы, ликы, мѹкы.

(l) Non ignoro, post alias consonas in codicibus Serbicis и et ы confundi saepius ita, ut винѹ pro вынѹ *semper*, любым pro любим, обылно pro обилно, обытель, (quasi a быти derivatum esset), pro обитель, *habitatio*, (ab об et витати *habitare*), imo subinde et Imperativi избавы, помозы pro избави, помози male scripta legantur; in eo tamen, quod orthographiam codicum antiquorum analogiae innixam, quoad ы post gutturales г, х, к, illaesam servarint, libri Serbici novis Russorum inventis praeferendi sunt.

§. XIX. Vocales и et ï non nisi usu differunt. Ponitur autem и:

1. Initio vocum Slavicarum: и et, й eum, ин alius, иже qui, ити ire, истина veritas.

2. Occupat syllabas omnes, in quibus radix ipsa, aut formationis et flexionis analogia ы non exigit: бити caedere, ми mihi, ни non, ти tibi, a quibus utique discernuntur быти esse, мы nos, ны nos *Accus.*, ты tu.

3. Diphthongi omnes in fine postulant й: велїй, мой, рай paradisus.

Peregrina servant ï: Ïѹда, ïдωл, ïрмос, ïерей sacerdos, крïн lilium. Huc referri potest вïно, quamvis et вино recte scribatur. Roma urbs mutat о in и: Рим.

Digitized by Google

tio illius ante ї in constituenda vocali solida *Jery* (ъї) admodum necessaria.

(k) Vis nominum кръ seu єръ et кръ seu єрь, quae Cyrillus figuris ъ et ь imposuit, in eo consistit, quod sono diverso finalis literae р functionem signorum ъ et ь, Armenorum R duplex, asperum et dulce, fortasse respiciens, exprimere voluerit. Huic discrimini explicando exemplum satis aptum praebent non solum vocabula яръ vehemens, et ярь fruges vernae, sed et plura alia, uti велъ et вель, бѣлъ et бѣль, данъ et дань, пітъ et пить et omnia alia in consonas ejusmodi desinentia, quae subinde durius, aliquando lenius sonant, ideoque utriusque signi ъ et ь capacia sunt, nimirum в, б, п, м, н, л, р, д, т; his enim pro vario soni temperamento et ъ et ь affigi solet.

§. XVIII. In regulis de scribendo ы et и, quas diligenter collegit *Abraham Mrazovics*, et in Grammatica sua in usum Serborum scripta clare exposuit, cum eae et rectae pronunciationi syllabarum radicalium, et analogiis formationum et flexionum atque communi usui innitantur, nihil fere est, quod jure reprehendam, duabus tamen exceptis, quae auctoritati librorum novorum a Russis editorum nimium tribuunt.

Quarum una praecipit, scribendum ы post ц, quod et codicibus antiquis et ipsa analogia refellitur. Si namque ex. gr. рабъ in Nominativo plurali и, non ы, postulat, certe et агнци, лици, мѹченици, uti haec in Serbicis libris antiquitus impressis recte exarata leguntur, scribendum erit.

Al-

Altera и post г, χ, к pro ы, ponendum docet. Codices autem antiqui tam Russici, quam Serbici omnes, immo et libri liturgici seculo XVI. a Serbis impressi constantissime post gutturales has, analogia id exigente, ы scriptum exhibent: гыбнꙋ, книгы, врагы, грѣхы, вѣкы, ликы, мꙋкы.

(l) Non ignoro, post alias consonas in codicibus Serbicis и et ы confundi saepius ita, ut винꙋ pro вынꙋ *semper*, любым pro любим, обылно pro обилно, обытель, (quasi a быти derivatum esset), pro обитель, *habitatio*, (ab об et витати *habitare*), imo subinde et Imperativi избавы, помозы pro избави, помози male scripta legantur; in eo tamen, quod orthographiam codicum antiquorum analogiae innixam, quoad ы post gutturales г, χ, к, illaesam servarint, libri Serbici novis Russorum inventis praeferendi sunt.

§. XIX. Vocales и et ї non nisi usu differunt. Ponitur autem и:

1. Initio vocum Slavicarum: и et, ѝ eum, ин alius, иже qui, ити ire, истина veritas.

2. Occupat syllabas omnes, in quibus radix ipsa, aut formationis et flexionis analogia ы non exigit: бити caedere, ми mihi, ни non, ти tibi, a quibus utique discernuntur быти esse, мы nos, ны nos *Accus.*, ты tu.

3. Diphthongi omnes in fine postulant й: велїй, мой, рай paradisus.

Peregrina servant ї: Іꙋда, їдωл, їрмос, їерей sacerdos, крїн lilium. Huc referri potest вїно, quamvis et вино recte scribatur. Roma urbs mutat о in и: Рим.

Amant et voces slavicae ї ante vocalem aliam: бїю, бїеши, a бити, спасенїе salus, знаменїа signa. Eximit Smotriskius composita ex при, uti приемлю, приатно, sed etiam in his et aliis прї ante vocalem usurpatur: прїити, прїимꙋ, прїати. Legitur tamen при in Bibliis ante ѡ: приѡбращꙋ, приѡбщаю. Arbitraria sunt haec. In Ostrogiensi Bibliorum editione plane едїнъ pro єдинъ scriptum reperies. мїр, olim весьмиръ, *mundus*, a мир *pax*, non quidem in manuscriptis, sed in impressis libris distingui solet. мѵро ab utroque differt et genere et vocali ѵ, quia origine graecum est. Exigunt et alia graeca ѵ: порфѵра, крѵсталл.

Pronomen и̑ *eum*, pronunciari mollius, quam conjunctionem и *et*, nimirum uti *ji*, jam Smotriskius docuit, et Caramanus confirmat. Bohemi ex и̑ diphthongum *jej* formarunt.

(m) In antiquissimis codicibus post vocalem scribitur и: тꙋи, какои, пропашаи crucifixerunt eum; post consonas solidas ıи: поставилъ ıи posuit eum, вѣнчалъ ıи coronavit eum, приятъ ıи accepit eum; post liquidas autem, ex. gr. post ть, ии et и: глаголють и жива dicunt eum vivum, да помажють ии ut ungant eum. In iis etiam ии pro їй locum habet: мнии minor, велии magnus, от двьрии a foribus, третии tertius, прочиим reliquis. Sic etiam спасение pro спасенїе.

§. XX. Inter Vocales affectas, quas liquidas appellare liceat propterea quod cum ї colliquescant,

hoc

Digitized by Google

hoc discrimen observandum est, ut ꙗ et ѥ initio vocum, ѧ vero et ѣ post consonas scribantur. ю autem supplet et юу et ѭ tam initio, quam in fine syllabarum. Igitur scribendum ꙗ eos, ꙗко quia, ꙗможе quo, ꙗзык *gens*, a quo nimis subtiliter distinguunt quidam *linguam*, scribendo ѧзык.

In medio autem et fine ѧ: тѧ te, сѧ se, имѧ nomen, блѧдѧ deliramenta, дрѧхлый moestus, творѧт faciunt, видѧт vident, моѧ mea, твоѧ tua, своѧ sua. Sic et братїѧ fratres, стоѧт stant; quae tamen, quia syllabam inchoant, melius in manuscriptis scribebantur per ꙗ: стоꙗт, сѣꙗти serere, боꙗзнь timor. Serbici libri antiqui plerique solum ꙗ norunt, neglecto prorsus ѧ. In iisdem frequenter ѧ purum post vocales supplet ꙗ: ѕмїѧ serpentis, a ѕмїй, pro ѕмїꙗ seu, ut Russici editores amant, ѕмїѧ, чистаа munda pro чистаѧ. Confer. §. IX. 1.

(n) Quamvis in impressis libris adhuc кошѧ cophinos, оужѧ funes, reperias, tamen post densiores sibilantes pro ꙗ scribi solet а, praecipue in persona tertia plurali: бѣжат, слышат, мѹчат. Pro ѧ seu ꙗ in talibus Serbi amant et scribunt е: бѣжет, слышет, мѹчет. Sic et pro ꙗзык pronunciant ѥзык, et a quinque et pluribus seculis pro мѧ, тѧ, сѧ scribunt ме, те, се, ubique fere pro ѧ substituendo е. Igitur покет pro поꙗт, петь pro пѧть, месо pro мѧсо, име pro имѧ, врѣме pro времѧ, кнезь pro кнѧзь, клетва pro клѧтва, зре, зреще pro зрѧ, зрѧще, жело aculeus pro жѧло, жежда sitis pro жѧждѧ, чедо pro чѧдо seu чадо proles. Rarius in quibusdam vocibus ѣ initio pro ꙗ legitur: ѣко pro ꙗко, ѣзва pro ꙗзва vulnus; in

fine

Digitized by Google

fine vero pro ꙗ feminino: дѣво непорочнаѣ virgo sine macula, et pro ꙗ neutro plurali: врата вѣчнаѣ porta aeterna. Confunduntur hic ꙗ et ѣ eo fere modo, quo Glagolitae *ja* suum in aliis uti ja, in aliis uti je pronunciare solent. Vice versa нынꙗ codices Serbici, etiam impressi, pro нынѣ legunt.

§. XXI. ѥ initia vocum et syllabarum in antiquis manuscriptis occupat, pro quo tamen compendii causa in libris minus antiquis е locum obtinuit: єдин pro ѥдин, твоє pro твоѥ.

ѣ vero post consonantes scribitur. Admittunt autem quandoque, siquidem pronunciatio ipsa id postulet, consonantes pleraeque liquidam hanc vocalem et quidem labiales omnes: вѣк seculum, aetas, вѣно dos, вѣра fides, бѣг fuga, бѣл albus, бѣс daemon; пѣна spuma, пѣти canere, пѣнязь numus, пѣхота pedites; мѣра mensura, мѣсто locus, мѣх uter. Linguales et dentales similiter: нѣм mutus, нѣдро sinus, нѣкто aliquis; лѣто aestas, annus, лѣность pigritia, лѣха agri portio, лѣпота decor, рѣпа rapa, рѣзати scindere, рѣчь sermo, рѣшити solvere; дѣва virgo, дѣд avus, дѣло opus, дѣти proles, тѣло corpus, тѣшити consolari, тѣсто massa. Nec non sibilantes з, с, ц: зѣлѡ valde, зѣница pupilla, сѣма semen, сѣвер septentrio, сѣть laqueus. Densiores autem sibilantes atque gutturales respuunt liquidam hanc vocalem; excepto tamen

men nomine literae хѣр, quod post х exhibet ѣ pro е aut ы. Est enim хыр apud Slovacos clamor.

(o) Non sunt reticenda exempla, in quibus ѣ post ж, ш et щ scriptum legitur. Luc. 24, 29 occurrit in antiquo codice осяжѣте palpate pro осяжите, quod nunc impressi libri habent. Alterum exemplum Psalm. 77, 46 habetur, ubi pro antiquo ерисиви, quod in Psalterio a Serbis, Venetiis, 1561 impresso, graeco ἐρυσίβῃ respondens, adhuc legitur, Russici editores vocem ржѣ i. e. *aerugini* substituerunt. Est autem omnino vitiosa haec inflexio. Nam ржа, si slavice declinetur, in Dativo post ж, uti et post alias densiores sibilantes non admittit ѣ, sed и adoptat. Exempla pro шѣ et щѣ, quae e Smotriskio adduci possent, sunt Duales feminini нашѣ, чтѹщѣ, четшѣ: sed hos duales nemo probaverit. Nam in probis exemplaribus duales feminini post ш et щ in и desinunt. Et quod recte olim Matth. 24, 41 legebatur двѣ мелющи, male nunc substituto мелющѣ correctum est.

§. XXII. Apud Russos, licet in plerisque vocibus ꙗ retinuerint, usus obtinuit, ѣ initio earum vocum scribendi, in quibus olim ꙗ legebatur: ѣздить pro ꙗздити vehor, ѣсть, ѣмь pro ꙗсти, ꙗмь, edo. In discrimine vero inter ѣ et е post consonas observando negligentiores sunt.

(p) Hinc opusculo singulari, Petropoli 1815, 8vo. impresso, quod et regulas, quandonam scribendum sit ѣ pro е, et indiculum vocum, quae ѣ postulant, continet, sibi consultum voluere. Si auctor voces in eo collectas non a literis initialibus, sed ab iis consonis, cum quibus ѣ immediate connectendum est, in ordinem redegisset, non opus fuisset Composita sub praepositionibus singulis toties repetere. Posuissem ego primum eas voces, quae post primam radicalem ѣ habent,

ex

ex. gr. вѣт, et sub hac omnia composita, uti увѣт, отвѣт, навѣт, завѣт, съвѣт (совѣт). Deinde adduxissem eas voces in quibus в secundam radicalem constituit, ex. gr. говѣть, свѣт, цвѣт et has quidem ordine alphabetico. Hac ratione uno quasi obtutu cognoscere licuisset ѣ post в, к, п et alias consonas poni solitum, quin opus fuisset singulas alphabeti literas percurrere.

§. XXIII. Licet nunc plerique Slavorum meridionalium discrimen inter ѣ et е sola pronunciatione non percipiant, sunt tamen provinciae quaedam, in quibus recta pronunciatio slavica adhuc viget, ita ut pro *vera*, *svet*, *bel*, *mera*, *sneg*, et pronuncient et scribant *vjera*, *svjet*, *bjel*, *mjera*, *snjeg*, id est: вѣра, свѣт, бѣл, мѣра, снѣг.

(q) Amant inter eos aliqui et diaeresim, resolventes ѣ in їе, ita quidem, ut pro бѣл, лѣп, duae syllabae percipiantur: бїел, лїеп, lege *bijel*, *lijep*. Carnioli ѣ post consonas non norunt amplius, sed sonum vocalis e acuunt more suo in ejusmodi syllabis, quae in Slavica veteri lingua ѣ exigunt: véra. Poloni subinde ѣ in *ja* mutant: biały pro бѣлый. Bohemi, qui ѣ et е satis accurate distinguunt, post l non nisi e usurpant: leto pro лѣто.

§. XXIV. Vocalis ю pro юу et ѩ et initio vocum et in medio post vocales et consonas in usu est: ю eam, юг auster, юность juventus, юдуже ubi. Saepe et alia, quae ab оу incipiunt, scribuntur per ю: юза, юзник pro оуза, оузник, юже pro оуже, южика cognatus et cognata, pro оужика, юрод pro оурод. Adde юдоль vallis, quamvis ex оу et дол compositum sit. ютро, mane,

Ser-

Digitized by Google

Serbici codices legunt, оутро vero Russici, in quibus plane оун, оуноша pro юн, юноша reperias.

(r) Characterem ѭ obsoletum initio et in medio vocum licet reperire in antiquissimis codicibus: ѭзами, вѣроѭ, тъчьѭ et тъчьѭ (точїю).

(s) In Serbico codice A. 1324 etiam неювидим pro неоувидим reperi. Sed talia negligentiae potius librariorum tribuenda censeo, quam ut credam, sic pronunciata fuisse.

Syllabum radicum si percurras, non nisi post л vocalem ю inveneris, et quidem post primam consonam radicalem in любити diligere, людїе homines, populus, лют ferox, post secundam vero in блюдо discus, блюсти attendere, плюнꙋ, плюбати spuere.

(t) In antiquis codicibus post sibilantes ш, ч, scribitur ю pro hodierno ꙋ: шюм sonitus, чюти sentire, чюдо res mira, идꙋщю, сѣтвшю. Adde тысющ mille, quod codices Serbici pro Russico тысяща legunt. Supponendum itaque post densiores sibilos ubique ю, licet nunc ꙋ usurpetur, praecipue in prima persona singulari et tertia plurali: сꙋжю pro сꙋждꙋ judico, помажю ungam et помажють ungent, слышю audio, пишю scribo, ищю quaero, плачю fleo.

In declinationum casibus non solum post л, sed etiam post alias consonas, eas nimirum quae in Nominativo vocali liquida aut ь finiuntur, ю locum habere solet, ex. gr. in Dativis: свазню captivo, a Nom. свазень, свѣдѣтелю testi, царю regi, кназю principi, врачю medico. In Accusativo feminino: стезю semitam, всю omnem a весь.

(u)

(u) Olim semper post ж, ш, ч: мрежю, дꙋшю, притчю, quorum Nominativus in ѧ pro а terminabatur: мрежѧ, дꙋшѧ, притчѧ. Subinde etiam post ц: пшеницю triticum, слнцю soli, a слнце.

Respuunt autem ю labiales, ita quidem, ut ubi formatio ю postulat, literam л interponant. Formatur hoc modo ope ю prima persona ѡѣлю a ѡѣвити, люблю a любити, кꙋплю a кꙋпити, ломлю a ломити.

§. XXV. Diphthongis, quas §. VIII. nominavimus, illustrandis, cum et in syllabo radicum, et in formatione nominum atque alibi exempla inveniantur, pauca hic sufficient.

ай: рай paradisus, край margo.

ой: рой examen apum, знойaestus.

уй: уй seu оуй avunculus, крагꙋй miluus, помилꙋй miserere.

ый: вторый secundus, старый senex.

ей: сей hic, бывшей, ei quae fuit.

їй: сїй hic, велїй magnus, тщїй vacuus.

ѧй seu ай: ѧйце ovum, прїемлай accipiens.

ѣй seu ѣй: ѣй ita, старѣй senior, имѣй habe.

юй lege juj: вοюй pugna, воюйте pugnate, утренюй, упренюйте, ab утреневати mane surgere.

In peregrinis recte libri impressi ав et ев servant:

ав: Авгꙋст, Клавдїй, Павел.

ев: Ева, Евфрат, Евнꙋх, Евтих.

Sic

Digitized by Google

Sic et євгаїє, licet v ut в pronuncietur: *evangelije*. Pro vй exemplum aliud non suppetit quam стахvй e graeco στάχυς.

(x) In manuscriptis pro v saepissime в scribitur: клавдїи, павел. Pro левї plane левгї, inde левгїтскый, ut нуга, евга pro еvа, inde евжин.

§. XXVI. Circa consonantes recte praecipiunt Grammatici, ne confundantur eae literae, quae sono sibi similes sunt. Nolunt igitur фала scribi pro хвала laus, нокти pro ногти ungues, хрест pro крест crux, нщетный pro исчетный. Mrazovics indiculum ejusmodi vocum in gratiam discipulorum congessit, in quo etiam sequentes reperias: бог deus et бок latus; волк lupus et волхв magus, глаз oculus (apud Russos duntaxat, non alios) et глас vox, грек Graecus et грѣх peccatum, лѹг pratum (apud Russos duntaxat, лѹг enim apud Veteres est lucus) et лѹк arcus, мах vibratio et мак papaver, мѹка farina et мѹха musca. Sed haec quis facile confundere audeat? Distingui quoque voluit, ut jam alii, κάμηλον animal велблѹд, a καμίλῳ fune nautico велбѹд, cum tamen велбѹд nihil aliud sit, quam corruptio vocis велблѹд. Sunt autem et alia, quae moneamus.

1. Pro пчела apis, quod editi libri habent, in antiquissimis codicibus бъчела legitur. Sonum literae б in hac voce servant Carnioli scribendo

bu-

buzhela, aut transpositis literis к et ч: zhebela. Bohemi mutarunt к in в: wčela, i. e. вчела. Serbi omisso п pronunciant чела, alii tamen Illyrii п retinuere et пчела dicunt, uti et Russi., Poloni п quidem servant, sed ч mutarunt in szcz, et more suo vocalem e in o; pszczoła, i. e. пщола, пшчола.

2. Pro ѵ graeco, quando uti в sonat, scribi frequenter в jam monuimus: Єввѹа pro Єѵвѹа. Probanda tamen Editorum cura in rite scribendis nominibus propriis, quae ѵ postulant.

3. Аггл editores Bibliorum, Graecorum morem secuti, scribunt, quamvis *angel* pronunciandum sit. Codices autem antiqui etiam ангел exhibent.

4. тешко pro тежко, id est ш pro ж, in codicibus Serbicis subinde scribi non est probandum, cum тежек seu тажек *gravis* sonum literae ж clare demonstret.

5. ѕ literam superfluam censuit Smotriskius et alii, cum ejus vices з, quod pronunciatione non differt, supplere ubique possit. Mos tamen obtinuit, ut in codicibus manuscriptis et editis quarundam vocum initia potius ѕ occupet, quam з. Tales sunt: ѕвѣзда stella, ѕвѣрь fera, ѕелї olus, ѕло malum et composita ex ѕло, ѕмїї aut ѕмїа serpens, ѕлак herba, ѕѣница pupilla

ѕѣлѡ

sѣлѡ valde, quo nomine et ipsa litera ѕ appellatur.

(y) In prima Bibliorum editione Ostrogii A. 1581 curata etiam in aliis vocibus ѕ occurrit, ex. gr. in отвеpѕи ab отвеpгꙋ *rejiciam*, quasi ad distinguendum Imperativum hunc a simili отвеpзи ab отвеpзꙋ *aperiam*. In psalterio a Serbis, Venetiis 1561, edito plane кнеѕем pro кнезем (кнѧзем) legitur.

6. Litera з in praepositionibus из, вꙿз, без, низ, раз, licet ante plerasque consonas sonum sibi proprium servet, tamen ante п, т, х, к, ц, ч, acriori sono profertur, in quo casu с pro з scribi solet: распѧт crucifixus, бесплꙿтный sine carne, испꙋсти emisit, вꙿсток oriens, исход exitus, нисхождꙋ descendo, искꙋпити redimere, исцѣлити sanare, исчезнꙋ. Literas сч vero contrahunt librarii in antiquis codicibus in щ: ищезе pro исчезе, ищресла pro ис чресла seu из чресла, ищрева pro ис чрева. Eodem modo щ pro сч legitur in vocibus ex без compositis: бещестен, бещисленый, quae tamen ab editoribus librorum Slavicorum probari non poterant. Immo et optandum foret, ut из, ac reliquae praepositiones litera з terminatae, ante omnes consonas per з scriberentur.

7. здѣ *hic*, et здрав *sanus* in omnibus libris nunc obvia sunt. Veteres tamen etymologiam respicientes с constanter servant: сде, сдравꙿ, сꙿдравие, *sanitas*. Qui sequentem literam respici-

unt, etiam з богом pro с богом scribere malunt, quod nemo probaverit, nisi Polonus et Carniolus.

8. Literam ц pro ч in voce оцѣстити pro очистити amant libri Serbici et Glagolitici. Iidem тꙋждь pro чꙋждь a multis jam seculis retinent.

9. Pro щ in antiquissimo изборник seculi XI. saepissime occurrit шт: извлѣшти pro извлѣщи, ноштьѭ pro нощїю, сꙋште pro сꙋще, аште pro аще, кште pro кще, хоштете pro хощете, прѣльштакть pro прелщакт, et, quod mirum, in vocibus штꙋждаꙗ et штꙋжа pro чꙋжда, cum quo tamen et щꙋд conferri potest.

10. Gutturales г, х, к nemo facile confuderit, qui rectam earum pronunciationem novit. Pro гдѣ tamen veteres codices кде legunt, et recte quidem spectato vocis etymo, quod et Bohemi faciunt. Est enim adverbium кде *ubi* ex interrogativo к et де compositum. Male editores Serbi in Psalterio Venetiis 1561 impresso Ps. 39, v. 18 excuderunt г҃ь пригакт ми, Dominus sollicitus est mei, pro прихакт. Хаꙗти enim non solum in Stephani regis Serbiae legibus pro corrupto hodierno аꙗти legitur, sed et alii Illyrii hodiedum scribunt *hajati*

(z) Veterem versiculi hujus versionem emendare volentes Russi, quibus хаꙗти prorsus ignotum fuerit, primum попеченїе мое in Ostrogiensi editione, deinde in correctioribus Bibliis попечетса ѡ мнѣ substituerunt pro obsoleto прихакт ми.

11. Крест et крестити libri novi et antiqui probant omnes. Sed хрестъ legitur in literis (грамота) anni 1265, хрьстъ et хрьстити antiquiores codices prae se ferunt; idque rectissime, cum originem harum vocum ipsa orthographia exprimere voluerint. Est enim хрестити, uti apud Germanos olim *christen*, idem ac christianum facere, id est baptizare, inde хрест baptismus et crux.

12. In exprimendis vocibus, in quibus Graecorum more literae ѵ, ѯ, ѳ servandae sunt, accuratiores sunt libri impressi, quam codices antiqui. In his enim subinde кїпр pro кѵпр, фроугїа pro фрѵгїа, мироносица pro мѵроносица, александр pro алеѯандр, максим pro маѯїм, филїкс pro филїѯ, анатема pro анаѳема et alia similia scripta sunt. Litera ѱ quandoque in Slavica voce ѱа pro пса, ѱом pro псωм, etiam in libris impressis usurpatur.

Caput II.

De euphonia seu de vocalium mutatione, consonarum transformatione, epenthesi, prosthesi et elisione literarum.

§. I.

Alternant saepe vocales а et о: станѹ - стоѭ. Poloni et Russi in vocibus quae tribus consonis constant, si media sit л aut р, pro а amant о:

Slav.	глад	Pol.	głod	Russ	голод	fames.
	глас		głos		голос	vox.
	клас		kłos		колос	arista.
	слама		słoma		солома	stramen.
	град		grod		город	urbs.
	праг		prog		порог	limen.
	брада		broda		борода	barba.

In ejusmodi vocibus Bohemi retinent а, quamvis in aliis quibusdam post initiales л et р pro а ament о, uti Poloni: *lodi*, *loket*, *rowen*, *robota*, *rozum* et in omnibus aliis compositis ex praepositione роз, pro ладїа, лакоть, равен, работа, раз, разум, in quibus meridionales Slavi omnes conservarunt а. Cum his conspirat et Russus, qui tamen et роспись et рость pro расть dicere solet.

(a) In Serbicis libris снаха pro сноха nurus, ражень pro рожен veru, stimulus, legitur.

§. II. Regulariter mutatur о in а in formatione verborum Iterativorum, quae а aut ѣ ante terminationem ти assumunt:

понити-напаати, ломити-ламати.

клонити-кланати, помогу-помагати.

горѣти-гарати, боду-бадати,

§. III. Alternant о et е. Hinc непел cinis, pro попел aliarum dialectorum, hinc тепл et топл calidus. Mutatur vero о in е regulariter post ї quando latino j aequivalet, et post liquidas consonas

Hac

Hac de causa Infinitivus formae sextae pro овати amat евати:

воквати а вой, клевати а блюю.

плевати а плюю, врачевати а врач.

Hinc et terminatio ом in Instrumentali, et ωм in Dativo plurali secundae Declinationis transit in ем et ємъ: отцем, отцєм.

(b) Patet hinc, cur in Slavica literali *jo* latino more prolatum locum habere non possit. O enim cum ї conjungi non potest, quin mutetur in е. Pro hodierno Serborum їой, id est *joj* (ei), slavice scribitur кй. Potuit igitur ю tuto sumi pro юу, latino ju.

(c) Bohemi et in prima declinatione pro *om* amant *em*: bohem.

§. IV. Vice versa mutatur е in о in formandis Iterativis et Factitivis, ac proinde etiam in Substantivis ab iis derivatis:

веду - водити, вокводa, вождь.

везу - возити, воз.

лежати - положити, ложе.

теку - точити, ток.

Praesens пою *cano* habet in Infinitivo ѣ pro о: пѣти.

(d) Russi et pro е initiali seu pro ю amant о один pro єдин, озеро pro єзеро.

§. V. In iisdem formationibus mutatur и seu і in о si sequatur й, ы vero in о sequente в:

пію - напоити, напой.

гнію - гноити, гной, крыю - кров.

§. VI.

§. VI. Eodem modo resolvitur оу sequente vocali in syllabam ов:

плꙋю - пловꙋ, слꙋю - словꙋ, слово.

отринꙋ - отриновен, мгнꙋ - мгновен.

Hac lege formant verba in ꙋю Infinitivum in овати: радꙋю - радовати, милꙋю - миловати.

кꙋпꙋю - кꙋповати, кꙋю - ковати.

§. VII. Alternant subinde ꙋ et ы:

плꙋю - плынꙋ, стыдѣти - стꙋд,

слышати - слꙋх.

§. VIII. Alternant etiam ꙗ seu а et є seu ѣ:

ꙗмь, ꙗсти - снѣмь, снѣсти.

садꙋ - сѣде, сѣсти.

обращꙋ - обрѣтꙋ, обрѣтати.

pro взꙋпїим. At vero небываим, разꙋмѣим, разꙋмѣйте, помазꙋим, целꙋим, мꙋдрствꙋим etc. In Apostolo Damiani, non solum verborum tertiae conjugationis, sed et aliorum persona secunda terminatur in ите: станите, вздадите, кмлите. In aliis tamen libris et verba tertiae Conjugationis adhuc antiquam flexionem retinuere: хвалѣте, просѣте etc. Huic maluit Meletius flexionem им, ите in Conjugatione secunda (nobis tertia) praeferre, et Imperativum творим, творите solo accentu ab Indicativi personis творим, творите distinguere.

Deinde notandum, personam tertiam Imperativi singularem et pluralem a secunda non differre, licet Meletius et alii Optativi (i. e. Indicativi cum particula да) personis да чтет, да чтꙋт, да творит, да творят tertiam Imperativi suppleant. In deprecativo tamen modo, qui omnino apud Slavos idem est ac Imperativus, etiam Meletius personam tertiam singularem, atque dualem secundae aequalem fecit: чти он, твори он, бꙋди он, чтѣта, творита, бꙋдѣта.

Rarius persona secunda Imperativi ope particulae да Praesenti aut Futuro Indicativi praefixa suppletur: да бꙋдеши pro бꙋди, да речеши pro рцы. Imperativo autem praefigere да prorsus insolitum est. Legitur tamen 2 Reg. 14, 32. in Ostrog. аще ли бы есть въ мнѣ неправда, то да оубїй мя. Melius (deleto

бы

кы in primo membro et да in secundo) correcta editio: аще же есть во мнѣ неправда, то оумертви мя, *καὶ θανάτωσον με.*

In Praeterito secundam personam simplicem singularis numeri, licet a tertia non differat, restituendam censui, cum in antiquis libris ejus usus satis frequens sit. Non enim potui methodum Grammaticorum probare, qui cum Praeterito simplici, in quo genera non distinguuntur, circumscriptum (e participio activo in л formatum) conjungere maluerunt, post primam бѣх inserendo был, была, было (еси), post чтох, читах, творих interponendo чел, чла, чло, читал, читала, читало, творил, творила, творило, in Duali et Plurali vero iterum secundam personam Praeteriti simplicis бѣсте, чтосте, читасте, твористе assumendo.

Meletius quidem читал, -ла, -ло Praeterito simplici, et читал еси periphrastico tribuit. At был, читал, творил sine еси duntaxat in russ. lingua, cum in ea personae pronomine signentur, locum habere potest. был enim, читал, творил, sine auxiliari есм, бѫдѫ, бых, de nulla persona dici possunt, quamvis de tertia (subintellecto nimirum есть) subinde legantur, uti 2 Cor. 2, 5. аще ли кто оскорбил мене, не мене оскорби. In libris veteris Testamenti serius translatis plura exempla invenias.

In Gerundivis neutrius terminationem distinguere non potui a masculina, cum haec et neu-

tris

tris conveniat: царство раздѣлаласа, око wслепаа, сматаса море, сердце гора: не сердцели наю (nunc наше) гора бѣ въ наю (nunc внас). Reperiuntur quidem древо гнїющее, падше зерно, sed hoc in casu neutrum гнїюще respondet masculino гнїющ seu гнїай, падше vero masculino падш seu падый, quorum utrumque hac terminatione gaudens jam qualitatem Adjectivi induit. Nam гнїа, cum putrescit, (Gall. en pourissant), non prorsus idem est ac гнїющ (n. гнїюще) putrescens, (Gall. pourissant), et пад cum cecidisset, aliquatenus differt a падш (n. падше) quod cecidit. Feminino autem semper adhaeret in Praes. Gerund. щи, Praet. ши. Pauca haec pro vindicando Schemate generali et paradigmatibus a me expositis dicta sunto.

Notae generales et speciales in quaedam tempora.

§. 41. In genere notandum, vocales syllabae radicalis in Conjugatione non mutari, exceptis his paucis, quorum Infinitivus et Praeteritum aliam vocalem, quam Praesens aut Futurum postulat, uti пѣти, пѣх, a пою; лѣщи, лѣгох a лагу; сѣсти, сѣдох a саду. Adde Fut. wбращу, ab wбрѣтати, wбрѣтаю.

Mutantur vero transformabiles consonae in alias, et quidem 1. г in з, к in ц, ante и, ѣм,

ѣте

ѣте in Imperativo (Conjug. secundae): помози, помозѣм, помозѣте а помогꙋ; теци, тецѣм, тецѣте а текꙋ.

2. In Indicativo ejusdem Conjugationis г in ж, х in ш, к in ч: помогꙋ, поможеши, поможет, поможем, поможете; верхꙋ, вершеши, вершет, вершем, вершете; текꙋ, течеши, течет, течем, течете. Idem fit ante ен Participii passivi: вержен а вергꙋ, разжжен а разжгꙋ, вершен а верхꙋ, ωдшен ab ωдхнꙋ, речен а рекꙋ. At literae д, т, з, с nullam in secunda Conjugatione ante ен subeunt mutationem: веден а ведꙋ, плетен а плетꙋ, везен а везꙋ, спасен а спасꙋ.

3. Ante ен Participii passivi Verborum in ити (tertiae Conjug. Parad. F.) mutantur etiam д, т, з, с, ст, uti §. XII. Introd. dictum est: рожден а родити, оутвержден ab оутвердити, позлащен а позлатити, хыщен а хытити, прекращен а прекратити, поражен а поразити, свѣшен а свѣсити, мщен а мстити, прелщен а прелстити. Adde изпражнен ab изпразнити, сжблажнен а сжблазнити, оумꙋждрен ab оумꙋдрити, помышлен а помыслити, изощрен (et изострен) ab изострити, оумерщвен (оумерщвлен) ab оумертвити, оухыщрен ab оухытрити, преизпещрен а преизпестрити, quamvis inter literas transformabiles et terminationem ен literae в, н, л, р interpositae sint.

Ser-

Serbici librarii in Codd. slavicis post н, л, р constanter кн pro ен scribunt: схранкн, испанкн, трижнкн a тризнити, молкн, ѡзлоблкн, затворкн. Verba autem formae ѣти (Parad. E.) transformationem literarum ante ѣн non admittunt; вѣдѣн a вѣдѣти, запѹстѣн a запѹстѣтї. Hinc свѣтѣнїе Joh. 5, 35. et Exod. 27, 20. a forma свѣтѣти.]

4. Labiales ante ен Part. passivi inserunt л epentheticum: ѩвлен, славлен, возлюблен, ѡслаблен, ѡслѣплен, преступлен, посрамлен, a ѩвити славити, возлюбити etc. Excipe оуѩзвен, благословен.

5. Eadem epenthesis et literarum transformatio locum habet in Praeterito Gerundivi ante ь, quando rejecto ив contrahi solet: ѡставль, возлюбль, приступль, pro ѡставив, возлюбив, приступив, преломль pro преломив. Sic ѡбновльши, in plur. приступльше, pro ѡбновивши, приступивше. Porro пригвождь, рождьши, заблуждьше, pro пригвоздив, родивши etc. вкуш, возглаш pro вкусив etc. вплъщши (воплощши) pro вплътив, ѡбращса pro ѡбративса, запрѣщ pro запрѣтив; попса pro постивса, крещшеса pro крестившеса, ѡчищса pro ѡчистивса. Excipe ѡстрастших (Ven. оустрастших) Psal. 16, 9. *ταλαιπωρησάντων*, qui afflixerunt, ab ѡстрастити.

6.

6. Literas д et т ante л participii activi elidi, diximus Cap. II. Introduct. p. 48. Hinc навел a наведꙋ, пробол pro прободл, ꙗл pro ꙗдл, пал pro падл a падꙋ, чел, чла, чло pro четл, чтла, чтло a чтꙋ, ѡкрѣл ab ѡкрѣтꙋ, срѣло Job. 4, 12. recte in Ostrogiensi, a срѣтꙋ, Praet. срѣте, срѣтох, male omnino in correcta срѣтило, quasi a forma (ficta) срѣтити.

7. Praeteritum primae Conjugat. solet post vocalem tertiae personae singularis paragogicum т assumere: ꙗт, поꙗт, прїꙗт, ѡбꙗт, ѿꙗт (ѿнꙗт) pro ꙗ, поꙗ etc. Sic начат, почат, запат, клатсѧ, ѡбвит, повит, пит, пролит. In secunda Conj. rarius: оумрет, простерет. Rarissime in plurali post хꙋ: впрашахꙋт in Damiani Apostolo, съвршахꙋть Mich. 2, 1. in Ostrogiensi, искахꙋть 2 Reg. 17, 20. in eadem, in correcta искаша.

8. In verbis formae tertiae et quartae, spectantibus ad tertiam Conjugationem, quorum prima persona facta transformabilium literarum mutatione in ждꙋ, жꙋ, шꙋ, щꙋ terminatur, restituenda est characteristica consona primigenia (quam ex Infinitivo cognoscas) jam in secunda persona et reliquis omnibus: виждꙋ, видиши, видит etc. рождꙋ, родиши, родит, Imper. роди, Gerund. родѧ etc. поражꙋ, поразиши etc. глашꙋ, гласиши etc. плащꙋ, платиши, платити; пꙋщꙋ, пꙋстиши,

пꙋ-

пꙋстити etc. Verba autem quintae formae, quae sunt primae Conjugationis, transformatam literam servant in omnibus temporibus Praesenti analogis et primigeniam characteristicam non nisi in Infinitivo et Praeteritis recipiunt: стражꙋ, страждеши, Imper. стражди, Gerund. стражда, Infin. страдати, Praet. страдах etc. Sic мажꙋ, Imp. мажи, Gerund. мажа, мажꙋщи etc. Sic пишꙋ, дышꙋ, плачꙋ, алчꙋ, мещꙋ, ищꙋ, Inf. мазати, писати, дыхати, плакати, алкати, метати, искати. Idem valet de euphonico л ante ю. Servant illud verba Conjug. primae per totum Praesens omnium Modorum кмлю, кмлеши, кмлет; каплю, каплеши, каплет etc. Inf. капати, Praet. капах. Rejiciunt illud jam in secunda persona verba Conjug. tertiae: ꙁвлю, ꙁвиши, Inf. ꙁвити; кꙋплю, кꙋпиши, Inf. кꙋпити.

9. Ante лх, лше euphonicum л inserunt verba Conjug. tertiae, non vero secundae. Hinc facile dijudicabis, quid intersit inter живлше et живлаше. Hoc enim est Praet. iterat. a живити, illud a живꙋ. Eadem lege fit transformabilium mutatio ante л, ut ante ен Part. passivi. Hinc влажах, влажаше Praet. iterat. a влазити, rectius quam влазлх, влазлше. In млачаше Jud. 6, 11. ч russico more pro щ scriptum est, slavice млащаше a млатити. Confer P. I. p. 387.

10.

10. In specie notabis, quoad Praesens, мы servari in prima plurali anomalorum, in aliis omnibus nunc contrahi in м. At non desunt vestigia, etiam regularium verborum primam in мы terminatam fuisse. Praeter бѹдемы, поживемы, quae in antiquissimo изворник sec. XI. leguntur, etiam codex Caesareus (olim Hankianus) Matth. 28, 14. habet оуглаголемы persuadebimus, *πείσομεν*, nunc оутолим. Subinde et anomala in Codd. antiquis rejiciunt ы. Differt autem pluralis несмъ, вѣмъ, имамъ a singulari несмь, вѣмь, имамь, in iis codicibus qui discrimen inter ь et ъ accuratius observant. In Damiani Apostolo ceu codice Serbico hoc discrimen neglectum est, cum ь ubique pro ъ scribatur: мы несмь, послѹси несмь, вѣмьбо scimus enim. In eodem semel et живемо pro живем scriptum est.

Slavi meridionales omnes (Illyrii, Croatae, Carnioli) pro slavico м (seu мы) amant мо. Hinc несмо, нѣсмо, вѣмо, дамо, знаемо, оставлѧемо immo et вьзсиламо pro възсылаем etiam in libros slavicos a Serbis sec. XVI. editos irrepsere. Poloni constanter мы retinuere, quod tamen non raro (post е et и) in м: чиним, даем, contrahunt. Bohemi мы mutarunt successu temporis in ме, quod nonnisi post е contrahere solent: бѹдем pro бѹдеме a singulari бѹдѹ. Nunquam vero post а, quod nec Poloni faciunt, neque post и, quia ам et им in singulari adoptarunt, pro veteri terminatione аю et ю. Eandem ob causam Illyrii бѹдемо, видимо, играмо, contrahere non possunt in бѹ-

Digitized by Google

дем, видим, играм, quia illis ем, им, ам sunt terminationes singularis numeri. In glagoliticis libris ante Caramani correctionem editis non solum исплевемо, любимо, пожираемо, имамо et имами, есмо et есми, sed etiam in Praeterito -хомо et -смо: приѧхомо, послꙋжисмо, познасмо etc. leguntur. есме etiam in Ostrog. legi, monui p. 534. α). Addam hic дали есме inveniri in literis russicis (грамота) An. 1265.

есмь ex есми, quod p. 389. e libro Esther Ostrog. editionis citavi, contractum est. Hinc et alia anomala in м terminata in singulari мь liquidum requirunt. Licebit itaque мь, utpote characteristicam primae personae singularis, conferre cum Graecorum verbis in μι, et personas tertias in ть (pro ти) terminatas, cum terminationibus linguae Samskrdam Indorum. In secunda persona singulari vetus slavica retinuit adhuc и: бꙋдеши, имаши, quod et Indicae est commune. At dialecti vulgares omnes и resciderunt: бꙋдеш, имаш.

Ex speciminibus Orthographiae antiquae, quae Introduct. Cap. IV. §. VII. data sunt, constat tertiam personam singularem et pluralem omnium verborum in codicibus seculi XI. XII. XIII. terminari in ть, quod a pluribus seculis in тъ mutatum est. Anomala tamen ть servarunt. Hinc есть contractum censeri debet ex ести, quod Bohemi in естить emphatico retinent. Huic Graecorum ἐςι affine est, et plurales in ι (εισι, λεγυσι, dor. λέγοντι) respondent slavicae terminationi in ꙋть, ать.

A librariis confundi е et ь in fine post т tertiae pers. sing. et secundae pluralis in Codd. antiquis saepius observavi. можете in tertia singulari pro можеть, бꙋдете pro бꙋдеть in literis (грамота) anni 1229, бу-

слы-

Digitized by Google

слышатє in tertia plurali pro оуслышать, et лєжитє, прѣклонитєсѧ in tertia singulari pro лєжить, прѣклониться, vice versa оузрить in secunda pers. plur. pro оузритє in codice Vindobonensi Caesareo (olim Hankiano), alia alibi exarata leguntur. т emphaticum seu paragogicum in наптъ, зачатъ, питъ, et т participii passivi пѣтъ, проклатъ etiam olim, utpote solidum, crasso ъ notabatur.

Tertiae personae Conjug. II. paradigmatis D. quandoque amittunt н in singulari ante єт, et in plurali ante ѹт. Ezech. 21, 7. издшєт ἐκψύξει legitur pro издхнєт. Sic et Plur. иссшѹт ab исхнѹ, иссачют ab иссакнѹ, excluso н, secundum paradigma B. inflectuntur, mutando transformabiles х et к. ит pro єт in tertia singulari est inflexio russica. Sir. 32, 25. вонмит προσέχει in Ostrogiensi est a вонмѹ pro вонмєт. Correcta hic iterativum внимаєт recte substituit. чтит Joh. 5, 23. pro чтєт a чтѹ. Vide supra p. 542.

11. In Imperativo рєкѹ elidit є: рци, рцѣтє (nunc рцы, рцытє); in Codd. serbicis etiam пьцисє, пьцѣтєсє a пєкѹсѧ, immo стьцѣмсє, concurramus, a стєкѹ. At in composito ѿрєцисѧ vocalis є elidi non solet. воздѣжи, воздѣжѣтє (воздѣжитє) elevate, pro воздѣжди, воздѣждѣтє, повѣж pro повѣждь, подаж pro подаждь russici Codd. exhibent. лжи, лжѣтє (лжитє) est a лжѹ, лгати (Conjugationis I. Paradigma B.), quamvis

vis et лгꙋ in usu sit. садѣте in садьте antiquus codex contrahit, Bohemorum more, qui ѣ excludere solent: ведьте pro ведѣте, бꙋдьте pro бꙋдѣте. Damiani Apostolus, quamvis живѣте, блюдѣте, прїимѣте, кльнѣте, ѡблѣцѣте, прѣбꙋдѣм, тьцѣм, immo вєпокм (pro вєпоим) legat, tamen in aliis и pro ѣ, praeprimis in verbis tertiae Conjugationis habet: сꙋдите, творите, похвалите, слышите etc. Nunc etiam in secunda Conjugat. им, ите pro ѣм, ѣте in usu est. вни́дите, посии́те, собери́те, воззови́те Joel 1, 13. 14. in correcta leguntur, in Ostrogiensi vero внидѣте, оусплѣте, съберѣте, възовѣте. Male tamen оуеплѣте pro оуспѣте formatum est a сплю, спиши, cum verba tertiae Conjugat. л epentheticum in Imperativo non servent. Melius utique in Evangeliis спи́те, a quo Praesens спитѐ nunc solo accentu distinguitur. Olim Imper. спѣте, uti adhuc hodie apud Bohemos. Cum Imperativo finale conjungitur да in Ostrogiensi Lev. 18, 15. да не ѿкрый, correcta да не ѿкрыеши, Lev. 21, 1. да ся неоскверняйте, correcta да не ѡскверняться.

Editores russi male formarunt верѫи a вергꙋ, cum верзи dicendum sit, mutato г in з. Cum illi metuerent, ne quis ѿверзи abjice, rejice, confundat cum ѿверзи ab ѿверзꙋ, maluerunt Psal. 50, 13. et Psal. 70, 9. не ѿверѫи substituere pro antiquo ѿверзи, quod recte Ostrogiensis et Psalter. Venetum hoc loco

ser-

servarunt. In Evangeliis etiam editiones posteriores вєрзи (а вєргꙋ) septies, et вєрзѧсѧ quater legunt. ѿвєржи polonica inflexio est, uti съвлєчи, облєчи Num. 20, 26. Ostrogiensis, pro съвлєщи, ѡблєщи.

12. Praesens Gerundivi in secunda Conjugat. exit in ы, ꙋщ: нєсы, имы, иды, грѧды, стрєгы, иждивꙋщ, мнꙋщ; frequentius tamen assumta Adjectivi definiti terminatione й: живый, пловый, крадый, блюдый, грызый, могый, жегый, верхый, пєкыйсѧ, рєкый. Sic et клєныйсѧ, quamvis alia in нꙋ Praesenti Gerundivi careant. Quaedam etiam Praesens, saltem in libris recentioribus, mutuantur a Conjugatione prima, illud formando ope ѧ. Hinc зовѧ, живѧ, живай, тдай, идай, падѧ, трѧ, жрѧ, сматасѧ. Sic et жнѧ, жнай, а жнꙋ, дмасѧ а дмꙋ. лжа, лжай est a лжꙋ Conjugat. primae, hinc et лжꙋщи, лжꙋщє. славлай Joh. 8, 54. in editionibus antiquis male formatum est a славити, славлю. Melius nunc славѧй, in codd. serbicis славєй. Epentheticum enim л in Verbis tertiae Conjugat. non nisi ante ю primae personae locum habet. Ab Iterativo vero славлаю Praesens Gerund. est славлаѧ, славлаай.

А горѣти Praes. Gerund. regulariter formatum est горѧ, горѧщ. Hinc Lucae 17, 29. камык горѧщ θεῖον, sulphur. In Mss. autem камєнь горꙋщ legitur. Sic et Bohemi h o r u c j (pekło) pro horzjci dicunt. Alibi гасꙋщ, искꙋщ reperias, quae a гасити, искати de-

ducere non possis. Ejusmodi formationes anomalas, uti p. 543. diximus, optime explices, si a formis antiquis, nunc obsoletis, factas supponas. Igitur горѫщ a forma горѫ, гореши, гасѫщ a гасѫ, гасеши repetenda sunt, uti искы, искѫщ, иском ab obsoleta prima persona искѫ.

13. **Praesenti Participii passivi** carent vix non omnia verba in нѫ paradigmatis D., cum illud a forma iterativa petere soleant. пожнѫ, exempli gratia, a пожинаю format пожинаем, cum пожнѫ non sit capax morae temporis, quam Praesens requirit. Sunt tamen женом a женѫ, гнати, кленом a кленѫся. Adde оувадом, quod tamen potius sit a forma оувадѫ, quam ab оуванѫ (pro оувадиѫ).

Literam м in Participiis passivis esse solidam, non liquidam, ideoque ei in Mss. adjungi ъ, Introd. p. 19. monuimus. In editionibus antiquis nullum discrimen observare licet inter terminationes омъ, емъ, имъ. In recentioribus autem solum finita in ом signantur Jer crasso ut зовомъ (Hebr. 11, 8.), finita vero in ем, et им Jer tenui: наѫчаемь κατηχέμενος Rom. 2, 18. именѫемь бѫдет 1 Cor. 5, 11. славимь δοξαζόμενος Luc. 4, 15. гонимь бываше Luc 8, 29. Volebant nimirum editores hac ratione Participium passivum a prima persona plurali distinguere. Cur autem Matth. 18, 26. емь (Praeteritum Gerund. ab имѫ) scribatur pro емъ, plane assequi non possum.

14. Verba primae Conjugationis paradigm. A, quorum simplicia in **Praeteritis** augmentum a as-

assumunt, respuunt illud in compositis actionis singularis: дѣлах a дѣю, at in compositis задѣх, воздѣх, придѣх, a задѣю etc. Verba longioris morae pro а in tertia persona amant аше: спаше, знаше, питаше; дѣаше, смѣаше pro дѣа, смѣа. Aliorum simplicia Praeteriti Iterativi flexione gaudent: врах (врѣах), враше a врю, at возврѣх, возврѣ a composito возврю; прахся, прашеся a прюся, at ѿпрѣх, ѿпрѣ a composito ѿпрю. A глаголати, глаголах, in tertia persona et глагола dixit, et глаголаше locutus est, in usu est, pro ratione actionis aut determinato tempore absolutae aut continuatae seu iteratae.

Praeterita secundae Conjugationis paradigm. C. quamvis in ох, е regulariter desinant, tamen verba terminata in рѹ, quorum Infinitivi characteristicam ѣ ante ти habent, etiam in Praeterito ѣ praeferunt: ѹмрѣх, ѹмрѣ melius quam ѹмрох, ѹмре. Sic ѡпрѣх, сътрѣх, прострѣх, codices serbici exhibent pro ѡпрох, сотрох, пожрох, прострох. жмох a жмѹ apud Mrazoviѣ male formatum est. Sed et жмах apud Mel. Smotriski vitiosum est. A жмѹ enim Infinitivus est жати, cui Praeteritum жах conforme est, Bohemis ждал a ждьмѹ, ждити (pro ждѣти, ждати). Confer Praeterita ѧх ab имѹ, ѧти; пах, тах, жах a пнѹ, тнѹ, жнѹ. дмѹ vero paradigmati D. se con-

 for-

format: дмѹх, дмѹ. Pleraque in нѹ, ob affinitatem cum forma prima in ѹ, pro нѹх amant ох, е: оусрох, оусре ab оусрнѹ; оуглебох, оуглебе; воздвигох, воздвиже et воздвигнѹх; потькох, потче a потькнѹ. Sic ѿплы, ab ѿплынѹ. Praeteritum iterativum живах, живаше, est a simplici живѹ. Compositum ѡживѹ format Praeteritum ѡживох, ѡживе, a Praesenti seu futuro, sed et ѡжих, ѡжи, ѡжихом, ѡжисте, ѡжиша, ab Infinitivo ѡжити. Sic et иждих ab иждивѹ, иждити (pro изживѹ, изжити).

Contractiorum Praeteritorum, quae in prima persona singulari ох rejiciunt, in tertia plurali vero, pro оша, non nisi ѹ admittunt, exempla e Damiani Apostolo collecta cape: ид, взид, прид, извѣг, ѡврѣт, pro идох, взидох, прїидох, извѣгох, ѡврѣтох; in tertia plurali: идѹ, внидѹ, изидѹ, взидѹ, преидѹ, проидѹ, снидѹ, pro идоша etc. погыбѹ et погыбнѹ pro погыбоша, погыбнѹша; пдѹ (в корабли Act. 13, 4. nunc ѿплыша) pro падоша; падѹ pro падоша, взмогѹ, воздвигѹ, ѿвргѹсе, постигѹ, pro взмогоша etc. заткѹ, прѣткѹ, pro заткоша seu заткнѹша a заткнѹ. Hebr. 11, 29. истопѹ *κατεπόθησαν*, pro истопоша seu истопнѹша ab истопнѹ, nunc истопишасѧ a forma истопити. Adde прнсвенѹ pro прнсвенѹша, et Zach. 1, 6. постигнѹ in Ostrog., pro quo correcta substituit постигнѹша.

Se-

Secundam Praeteriti personam a tertia non fuisse distinctam, supra monuimus. Immo fuit tempus, quo et prima persona nondum х assumserat, uti e contractioribus Praeteritis concludere licet. Hinc et вѣдѣ et composita свѣдѣ, повѣдѣ, (аз исповѣдѣ) in prima persona frequenter libri antiqui usurpant; quod et Dalimilus Bohemus, qui initio sec. XIV. Chronicon Bohemiae versibus conscripsit, aliique auctores idonei confirmant.

Characteristicam х ad signandam primam personam singularem licebit conferre cum Germanorum *ich*, cui in plurali ом (olim et омы) accedit: разѹмѣх, разѹмѣхом, (разѹмѣхомы).

15. Praeteritum Participii activi in secunda Conjugatione pro ох assumit л: могл a могѹ, могох, рекл a рекѹ, рекох. Verba in рѹ, si consona immediate praecedat, inserunt е euphonicum ante р: оумерл, стерл, простерл, пожерл, ab оумрѹ, стрѹ, прострѹ, пожрѹ. Sic et жегл a жгѹ (жегѹ). Verba paradigmatis D. elidere solent нѹ, si euphonia id admittat, et Part. activum conformiter paradigmati C. a Praeteritis simplicibus deducunt: избѣгл ab избѣгох, избѣгнѹ; прибѣгл a прибѣгох, прибѣгнѹ. At минѹл a минѹх; изсхнѹл ab изсхнѹх, quamvis et изсохл, изсхлá, изсхло ab изсхох formari possit. Sic et повил pro повинѹл, cum et пови (cum т paragogico повит)

quа-

quasi a новїю, dicatur. Verba жнȣ, зачнȣ etc. cum ob infinitivum formae primae Praet. forment in ах, etiam in Part. act. desinunt in ал: жал, зачал. Sic et ял ab имȣ, ях, et composita взял, внял a возмȣ, взях, вонмȣ, внях. A помню, помнѣти Part. act. est помнѣл, non помнил, quamvis Hebr. 11, 15. Correctoribus Russica inflexio praeplacuerit: аще бы помнили.

A Participio act. in л ope auxiliarium есмь, бы, бȣдȣ Praeteritum circumscriptum, Optativi et Praeteritum conditionale et Futurum exactum formari P. I. §. 84. 85. docuimus. Cf. etiam §. 79. Addam hic Abd. 1, 12. Imperativum Auxiliaris бȣдȣ conjungi cum Participio activo in Ostrogiensi: небȣди видѣл μὴ ἐπίδῃς, non despicies, in correcta не презриши. In tertia persona sine есть quasi in Subjunctivo Philip. 2. 22. legitur: зане-поработал, quia servivit, quod servierit. In libris minus antiquis non raro etiam in Indicativo: стиснȣл Lev. 8, 8. correcta стисне (pro стиснȣ). Sir. 31, 11. кто могл in Ostrog. et correcta, pro Russorum, Polonorum et Bohemorum consuetudine.

In plurali genera distingui, quod Bohemi et Illyrii faciunt, nondum observare mihi licuit. Notavi tamen locum ex Apostolo Petropolitano chartaceo initio Sec. XVI. scripto, in quo Hebr. 10, 2. престалы оубо быша, in feminino pro престали legitur. Mardarius quoque Luc. 23, 55. бѣхȣ пришле, Illyricum hodiernum morem secutus, pro пришли aliarum editionum excudit. Confer notam p. 537. et p. 547.

16. **Praeteritum Gerundivi** verborum in ȣ ad paradigma C. spectantium subinde е euphonicum requirit: ем ab имȣ, взем a возмȣ,

снем

ѫнем (сѧнем) a сѧнмѫ, прием (et прїим) a прїимѫ; распен a распнѫ, начен a начнѫ; оумер ab оумрѫ, штер ab штрѫ, простер a прострѫ; жег a жгѫ, чет a чтѫ. Addita autem in fine terminatione ый euphonicum е eliditur: распный, прочтый, оумрый (et оумерый). вѫзнез a вѫнзѫ. Multa etiam Verba in нѫ, rejecto нѫ Futuri, seu ох Praeteriti, quod pro нѫх assumserant, paradigmati C. se conformant: погыб a погыгнѫ, погыбох; прозаб, приник, a прозабнѫ, приникнѫ, вздвиг pro вздвигнѫв. Sic et оусоп inserto euphonico о ab оуспох, оуспнѫ; оуток ab оуткох, оуткнѫ. At минѫв a минѫх, минѫ, плюнѫв a плюнѫ. Meletius distinguit чтый et чтей, illudque Praesens, hoc Praeteritum esse statuit. Similiter возведей, стрежей, несей, течей a Praeteritis возведе, стреже, несе, тече deducit, dubito an recte. Nam ей pro їй nonnisi post consonas liquidas et quidem in verbis conjugationis tertiae locum habere observavi. Horum enim Gerundivis contractis affigi solet ей: явлей, поставлей, оударей, творей, рождей, нѫждей (нѫжей), оутвержей, повѣшей, a явив, поставив, оударив, творив etc. pro явивый, оударивый, родивый, повѣсивый etc.

Matth. 27, 48. περιθεὶς (καλάμῳ) recte Ostrogiensis aliaeque editiones antiquae Gerundivo вѫзнез (на трѣсть), et Joh. 19, 29. περιθέντες plurali вѫзнезше

нѫзше expresserunt. Pro възнѫзше legit codex Petropolitanus възнезше (alius vitiose възнесше), Evangelia vero Mosqu. An. 1606 вознѫзше. Primo loco jam ante correctionem postremam вонзе (Praeteritum Indicativi pro Gerundivo вонз), altero вонзше utpote notiora, male substituta fuere, quorum utrumque retinuerunt Correctores Bibliorum. Aliud certe est вонзѹ, cujus Imperativus вънзи seu вонзи (нож въ ножницѹ mitte gladium in vaginam) Joh. 18, 11. legitur; aliud възнзѹ ex praepositione възъ et нзѹ compositum. Marci 15, 36. περιθεὶς vocabulo възлож (Gerundivo pro възложив) exprimitur. Psal. 31, 4. Praeteritum singulare оунзе (Ven. оунзе), Psal. 37, 3. plurale оунзоша, Ven. стрѣлы твоя оунзоше въ мнѣ, sagittae tuae infixae sunt mihi, ἐνεπάγησαν. Russi norunt etiam пронзаю, пронзать, пронзѹ, пронзит transfigere. Simplex iterativum низати a ньзѹ (незѹ) et Russis et Serbis (his etiam низ margaritarum filo insertarum series, torques) adhuc in usu sunt. Infinitivus a forma ньзѹ nullibi legitur, sed ньзти (незти) esse possit.

17. **Praeteritum Participii passivi** in prima Conjugatione terminatur in ен aut т: біен, побіен, at Gen. 9, 31. etiam побит. Pleraque post vocales и, ы, оу amant вен: шивен (eliso и) a шию, омывен, измвен, et inserto euphonico о Russorum оумовен ab омыю etc.; hinc etiam забвен (pro забывен) a забыти; покрвен, скрвен, прикрвен (pro покрывен etc.) et покровен скровен, прикровен, sed et покрыт in libris a Russis translatis. т pro ен postulat имѹ et Verba in нѹ, quae Inf. in ати formant: ят (ejusque composita понят, ѿят, взят)

взат), пат, распат, тат, жат (а жнꙋ et жмꙋ), начат, почат, зачат, проклат. His adde пит; hinc verbale питїе; пѣт a пою, пѣти, licet verbale пѣнїе sit a пѣн; повит, свит, a повїю, свїю (повинꙋ, свинꙋ); пролит a пролїю (in Serb. codd. et лѣн, a лѣю), at пролїан est a forma пролїати, A знаю est знан. A заколю (Parad. B.) заклан et заколен, quasi a заколити.

In II. Conjugatione (Parad. C.) regularis inflexio est ен: краден a крадꙋ, разжжен a разжгꙋ, ижджен ab ижгꙋ (pro изжгꙋ), ѡблечен, contracte ѡбльчен (in codd. Serb.), ѡболчен (in Russicis) ab ѡблекꙋ. Sunt tamen, quae pro ен etiam т admittunt, ut пожрен et пожерт a пожрꙋ, подперт et подпрен, a подпрꙋ. Alia vero potius т adsciscunt: ѿверст ab ѿверзꙋ, quamvis verbale sit ѿверзенїе, простерт, распростерт. Huc spectat anomalum вѣст, вѣста, вѣсто, ab antiqua forma вѣдꙋ, вѣсти (pro вѣдѣти). In Paradigmate D. potuissem pro ѿриновен compositum ѡбиновен ab ѡбинꙋ ponere. Volui autem apponendo ѿриновен regularem formationem designare, quae fit resolvendo ꙋ in ов et addendo ен, et simul, cum вит sit proprie a вїю, indicare, quaedam transilire ad alia paradigmata. Conformia paradigmati D. sunt мгновен a мгнꙋ, помановен a поманꙋ, преткновен a преткнꙋ, дхновен (дохновен) a дхнꙋ. At из-

мчен,

мчен, ωдшен ab измкнȣ, ωдхнȣ, rejecto нȣ secundum parad. C. inflexa sunt. Sic et разгывен (разгывена книга Apoc. 10, 2. apertus liber) a разгывнȣ; согбен a согывнȣ, formata sunt. Hinc et оуспенїе ab оуспнȣ. Adde надмен a надмȣ, ωбымен ab ωбымȣ. Servant quaedam subinde н ante ен, ut воздвигнен, тагнен, aut pro ωвен assumunt ȣт: разгнȣт, воздвигнȣт, стагнȣт.

Verba paradigmatis F. mutare ante ен transformabiles д, т, з, с, ст, supra p. 553 dictum est.

Apud Russos et Serbos Praeteritum Participii passivi in verbis in нȣ terminatur in ȣт. Poloni admodum variant, et praeter ięty (ȣт) etiam iony (ен) admittunt: rozgarnięty et rozgarniony. Bohemi in plerisque servant ȣт post н, in aliis rejecto нȣ praeferunt ен: тажен pro тагнȣт (tahnut).

§. 42. De sede et mutatione Toni in Verborum Conjugatione nihil certi statuere ausim, cum is in libris a Serbis Sec. XVI. editis multum differat a tono, quem russicae editiones antiquae et novae exhibent. Russi ex. gr. Infinitivorum in сти et щи terminatorum ultimam tono afficiunt: блюстѝ, понестѝ, стрещѝ, Serbi penultimam: блю́сти, поне́сти, стре́щи. Russi ultimam primae personae signant: живȣ̀, градȣ̀, могȣ̀, рекȣ̀, Serbi penultimam: жи́вȣ, гре́дȣ, мо́гȣ, ре́кȣ. Russi personae secundae pluralis ultimam: живетѐ, терпитѐ, держитѐ,

житѐ, ѿпꙋститѐ, in iisdem vocibus Serbi antepenultimam: жи́вите, трьпите, дрьжите, ѿпꙋстите et sic in aliis. Solam orationem dominicam, quam p. 78 ex Bibliorum editione Petropolitana 1816 descripsimus, si cum ea conferas, quae in Horis (часословец) Psalterio Venetiis 1561 a Vincentio Vukovik edito adnexis legitur, discrimen quoad tonum in verbis sequentibus observabis.

Russ.	да свати́тса	Serb.	да свѣ́тытсе
—	шставла́ем	—	шста́влаем
—	введѝ	—	вьве́ди.

Conveniunt autem ambo in прі́идет, шста́ви, изба́ви, cum hic Russi tonum antiquum Serborum servent. In Psalmo 130. trium duntaxat versuum, editio russica a Psalterio Serbico quoad tonum differt in his verbis:

Russ.	вознесеса	Serb.	вьзне́сесе
—	возведо́стѣса	—	вьзве́достѣсе
—	ходи́х	—	хо́дих
—	вознесо́х	—	вьзне́сох
—	уповает	—	оупо́вает

Conveniuntque in возда́си, Serb. вьзда́си, et ab utroque in hac voce differt Ostrogiensis; quae ultimam signat: вьздасѝ. V. 2. pro смиреномꙋдрьствовах Serbus legit смѣрахсе ἐταπεινοφρόνουν.

Quis

Quis jam definire ausit, quis sit aut fuerit verus tonus slavicae linguae veteris? In Bibliis et aliis libris ecclesiasticis recenter impressis nonnisi in iis paucis, quae a communi regula toni russici deflectunt, tonus slavicus videri possit retentus. Russici toni leges qui cognoscere cupit, Antonii Puchmayeri Grammaticam russicam adeat. Hic solum monebo, tempora Praesenti analoga tonum in ea syllaba servare, quae in prima persona tono afficitur: питаю, питаеши etc. веду, ведеши, ведет etc. творю, твориши, творит, творим, творите (immo potius творитѐ et творите ad distinguendam secundam pers. plur. Imperativi: творите), творят; Inf. творити, inde творих, творил etc. именую, именуеши etc. Imp. именуй, Praes. Ger. именуя, Praes. Part. pass. именуем. At vero буду, будеши etc. мѣрю, мѣриши, мѣрит, мѣрим, мѣрите, мѣрят; славлю, славиши, славит etc. слышу, слышиши, шлышите etc. слышати, слышах, слышал, слышав, слышан; помилую, помилуеши etc. помиловати, помиловах etc. Sunt etiam non pauca Verba, quae tonum primae personae in secunda et reliquis personis ab ultima retrahunt ad praecedentem: иду, идеши, идет etc. могу, можеши; молюся, молишися, молится etc. прошу, просиши, просит etc. хощу, хощеши, хощет, хощем, хощете, in tertia plur. хотят, Inf.

хот-

хотѣти. ищꙋ, и́щеши, и́щет et alia formae quintae, quae pro а́ю Praesens in ю amant: пишꙋ̀, пи́шеши etc. Imp. пишѝ, Praes. Part. pass. пи́шем, Inf. писа́ти, писа́х, писа́л, писа́в, at Part. pass. пи́сан, пи́сана, пи́сано.

Vinogradov etiam secundae pluralis твори́те penultimam accentu signavit; Meletius vero, excepto творю̀, primam reliquarum personarum: тво́риши, тво́рит тво́рим, тво́ритѐ, тво́рат. Rimnicensis servavit accentus Mosquensis editionis: твори́ши, твори́т, твори́м, творитѐ, твора́т. In passivo vero твори́тесѧ, quod et Mrazović probavit. In Ostrogiensi vero accentus secundae pers. plur. penultimam occupat: сътвори́те, потреби́тесѧ, положи́те, sic etiam поживе́те pro russico поживетѐ.

§. 43. Ad melius cognoscendas Nominum et Verborum flexiones juverit analysim grammaticam orationis dominicae hic subjungere. Vide pag. 78.

о҃че lege отче, Vocat. declin. masc. secundae, ab отец pater. отец ope ец formatum est ab от.

наш noster, Pron. poss. m. a Genit. нас, ope ь formatum, mutato с in ш.

иже qui, Pron. relat. m. compositum ex и et же.

еси es, 2. pers. Verbi есмь, quod est ope мь ab ес formatum.

на in, Praep. quae praeter Accusativum etiam Localem regit,

нѣ

нб҃сѣх lege небесѣх coelis, loc. plur., declin. tertiae neutrorum, a небо.

да utinam, particula Optativi formativa; alias Conjunctio: ut.

ст҃итса lege сватитса sanctificetur, tertia pers. sing. in Praes. a сватитиса, passivo ope са formato. Activum сватити est a сват sanctus.

има nomen, Nomin. declin. tertiae neutrorum. Est vero има ab, имꙋ, яти, capere, quasi dicas conceptus, quod concipitur.

твое tuum, Pron. secundae pers. possess. n. cujus masc. твой ope ой a ты formatum est.

да прїидет adveniat, tertia pers. fut. a прїидꙋ, composito ex при et идꙋ, quod est ope дꙋ a syllaba и formatum, Inf. ити.

цр҃ствїе lege царствїе regnum, Nomin. declin. secundae neutr., a царь, rex, ope ствїе formatum.

твое tuum, ut supra.

да бꙋдет fiat, бꙋдет erit, fiet, tertia pers. sing. a бꙋдꙋ, quod est a бꙋ ope дꙋ formatum, Inf. быти.

волꙗ твоꙗ voluntas tua, волꙗ Nomin. declin. secundae femin. твоꙗ femin. a твой.

ꙗкѡ sicut, Conjunctio a pronom. и ope ꙗк formata.

на нб҃си, на небеси in coelo, Localis sing. declin. tertiae neutr. a небо.

и

Digitized by Google

и на земли et in terra, и Conj., на Praep., земли Localis sing. declin. secundae fem. a земля; л post м est epentheticum, igitur земля pro зема.

хлѣб наш panem nostrum, хлѣб Accus. sing. declin. primae masc. aequalis Nominativo.

насущный ἐπιούσιον (supersubstantialem, quotidianum) Accus. masc. Adjectivi compositi ex на et сущный, quod est formatum ope ный a Gerundivo сущ, Verbi есмь. Pro насущный olim legebatur насущественный, a насущество ἐπιουσία.

даждь da, Imp. pro дади, ab inusitato даду pro дамь. Vide verba anomala.

нам nobis, Dat. plur. Pron. primae pers. ab Accus. ны, Nomin. мы.

днесь hodie, Adverbium compositum ex день et demonstrativo сь hic, proprie: die hoc.

и остави нам et dimitte nobis, Imper. secundae pers. Conjug. tertiae, ab оставити, relinquere, quod est compositum ex о et ставити, factitivo formae quartae a стати stare.

долги, olim длъгы, debita, Accus. plur. Declin. m. 1. a долг.

наша nostra, Accus. plur. Pronominis possessivi наш.

яко, olim якоже, sicut, Adverbium.

Digitized by Google

и мы et nos, Nomin. plur. Pron. 1. pers., cum quo Accus. sing. мѧ, et Dat. ми conferri possunt. Nom. sing. аз radicem propriam constituit.

ѡставлаем dimittimus, Praes. 1. pers. plur. Iterativi ѡставлати, ab ѡставити.

должникѡм debitoribus, Dat. plur. Declin. masc. 1. a должник, quod est ope ник a долг formatum.

нашым (scribendum нашим) nostris, Dat. plur. a Pron. poss. наш.

и не введи et ne inducas, и Conj., не particula negativa Verbis praefigi solita, введи 2. pers. sing. Imperativi a composito введꙋ inducam, cujus simplex, rejecta praepositione, est ведꙋ duco.

нас nos, Genitivus plur. Pron. 1. pers. pro Accus. ны, ob negationem не.

в напасть in tentationem, Acc. sing. ob praepositionem в, Declin. fem. quartae, qui a Nom. напасть non differt. Abstractum напасть est ab Infin. напасти, incidere, incursitare, fut. нападꙋ, cujus simplex, rejecto на, est падꙋ cado.

но sed, Conjunctio, olim нъ.

избави нас libera nos, secunda pers. sing. Imperativi a composito избавити eripere, eximere, cujus simplex бавити est factitivum a быти esse.

ѿ a, Praep. regens Genitivum, ѿ лꙋкаваго ἀπὸ τȣ̃ πονηρȣ̃.

лꙋкаваго malo, Genit. sing. masc. Declin. Adject. definitorum primae, cujus indefinitum лꙋкав ope ав a лꙋка, dolus, formatum.

ꙗкѡ quia, Conjunctio.

твоѥ єсть tuum est, єсть tertia persona sing: Verbi anomali єсмь.

цр҃ствїє regnum, vide supra.

и сила et potentia, δύναμις, и слава et gloria, Nominativi sing. Declin. fem. 1. слава, unde et славити glorificare, est a слꙋю seu словꙋ, unde et слово.

во вѣки, olim въ вѣкы, in secula, Accus. plur. Declin. m. 1. a вѣк aetas, seculum.

Analysis versuum aliquot ex Evangelio Joh. Cap. I.

Praemittam primos tres versiculos et quarti partem ex Alexii Metropolitae Mosquensis versione descriptos (sine contractionibus codicis), ut cum textu superius p. 70-72. expresso conferri possint.

искони бѣ слово. и слово бѣ къ богꙋ. й бог бѣ слово. сь бѣ искони къ богꙋ. вса тѣм бꙑша. и без нєго: бꙑсть ничтожє єжє бꙑсть. въ том живот бѣ.

искони in principio, Adverb. ex из et Genit. кони, a конь initium. Alii вънача лѣ: в in, Praepositio, началѣ initio, Localis Declin. neutr. 1. a начало, quod est ope ло a начати, incipere, formatum.

бѣ fuit, Praeter. 3. pers. sing. a быти; alii баше erat, Praet. iterat. pro бѣаше a бѣ.

слово verbum, Nomin. Declin. 1. neutr.

къ πρός, ad, apud; alii ѿ бога a Deo.

богѹ deo, Dat. sing. a бог, Declin. m. 1. бога Gen. Declin. m. 1.

бог deus, Nomin. Declin. m. 1.

сь hic, οὗτος, Pron. demonst. masc. Alii се hoc, referendo ad слово. Editi сій referendo ad Dei filium λόγος, quod jam Alexius fecerat.

вса omnia, Nomin. plur. neutr. a весь Alii вее in singul.

тѣм per eum, Instrum. sing. a Pron. тъ.

бъша facta sunt, Praet. 3. pers. plur. a бы. Alii бы, alii бысть, in sing. referendo ad все.

и et, Conj. без sine, Praep. regens Genit.

без него sine eo, (Codd. Serb. без него, Cod. Sec. XII. Mosqu. безнего), него cum prosthetico н ob praecedentem praepositionem pro его seu его, Genit. Pron. tertiae pers. и.

бысть ничтоже Alexius ordinem graeci textus ἐγένετο οὐδὲ ἓν pressius secutus est, cum quo facit

et

et Mosqu. secundus, retenta tamen negatione не: небы ничтоже, quam Syntaxis slavica exigit.

ничтоже nihil, Nominat. Pron. compositi ex negatione ни et что quid, et emphatico же.

бысть factum est, antiquiores Codd. Syntaxi slavicae convenienter legunt небы, небысть. Negatio enim не Verbo praeponi debet, etiamsi alia vox negans in constructione inveniatur.

бы factum est, Praet. simplex a быти. быст vero coaluisse videtur ex бы есть factum est.

еже seu иже quod, Nomin. Pron. relat. neutrius generis ab иже, quod ex и et же compositum est.

бы, seu ut alii legunt бысть, vide supra.

втом in ipso, в in, Praep. regens Localem.

том Loc. sing. Pron. demonst. a тъ.

живот vita, Nom. Declin. m. 1. живот formatum est ope от ab Adjectivo жив vivus, quod est a Verbo живу, жити, vivere.

бѣ erat, fuit, Praet. a быти esse.

и живот бѣ et vita erat.

свѣт lux, Nomin. Declin. m. 1.

чл҃ком hominum, proprie hominibus, Dat. plur. declin. m. 1. a человѣк, quod ope ов et ѣк a чел formatum videtur. Confer чело frons et челядь familia.

и свѣт et lux, vide supra.

въ тьмѣ, во тьмѣ, in tenebris, sing. Declin. fem. 1. a тьма, quod est ope а a radice тьм seu тем formatum. Confer Polonorum ćma, quorum ć respondet slavico ть.

свѣтіть, alii свѣтиться, lucet, tertia pers. sing. Praes. a свѣтити seu свѣтитися, quod est a свѣт lux.

и тьма et tenebrae, vide supra.

єго eum, in editis єгѡ, Genit. Pronom. tertiae personae, Declinat. 2. ab и, pro Accus. и, ob negationem не in непостиже.

постиже comprehendit, Praet. tertiae pers. sing. a постигнꙋ, quod est compositum ex по et стигнꙋ, cujus Iterativum est стигати seu стизати, Praes. стигаю. Alii необѧтъ, uti nunc editi. ѡбѧт Praet. simplex ѡбѧ cum т paragogico, ab ѡбимꙋ, ѡбати, amplecti, complecti, quod est compositum ex ѡб et имꙋ, Inf. ѧти capere.

Gram-

Grammaticae Slavicae

Pars III.

De Vocum Constructione.

I.

Syntaxis Convenientiae.

§. 1.

Sermo constat Subjecto, Copula et Praedicato. Subjectum casu recto sive Nominativo Pronominum personalium et Substantivorum exprimitur:

a. аз нищ есмь и оубог, ego egenus sum et pauper.

b. бог твой есмь аз, Deus tuus sum ego.

c. ты еси бог спас мой, tu es Deus salvator meus.

d. ты страшен еси, tu terribilis es.

e. сей есть сын божий, hic est filius Dei.

f. той есть щедр, ipse est misericors.

g. меч есть язык царев, gladius est lingua regis.

h.

Digitized by Google

h. жива бꙋдет дꙋша ваша, vivet anima vestra.

i. сїе есть праведно, hoc est justum.

k. блажени сꙋть раби тїи, beati sunt servi illi.

l. вси пꙋтїе его правни, omnes viae ejus rectae.

m. затворены бꙑша двери, clausae erant fores.

n. стрѣлы младенец бꙑша язвы их, sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum.

o. бахꙋ же и жены издалеча зрящие, erant autem et mulieres de longe aspicientes.

p. твоя сꙋть небеса, tui sunt coeli.

q. вся моя твоя сꙋть, omnia mea tua sunt.

r. сїя словеса истинна божїя сꙋть, haec verba Dei vera sunt.

s. та сꙋть скверняща человѣка, illa sunt quae polluunt (τὰ κοινῶντα) hominem.

t. егоже клатвы оуста его полна сꙋть, cujus maledictione os ejus plenum est.

Vides hic omnia, quae de Subjecto praedicantur, numero et genere, copulam etiam persona, cum Subjecto convenire.

§. 2. In tertia persona copula (есть et сꙋть) saepe subintelligitur, quin exprimatur:

u. свято и страшно имя его sanctum et terribile nomen ejus.

x. заповѣдь господня свѣтла просвѣщающая очи praeceptum Domini lucidum illuminans oculos.

ѕ. сотове медовнїи словеса добра, favi mellis verba bona.

з. небо высоко, земля же глꙋбока, сердце же царево неwбличително (olim необлично) coelum excelsum, terra autem profunda, cor vero regis argui non potest (ἀνεξέλεγκτος); Vulg. coelum sursum et terra deorsum et cor regum inscrutabile.

§. 3. Omnia verba, dum Praedicatum agunt, copulam includunt; око видит, oculus videt, оухо слышит, auris audit, птица летит avis volat, огнь палит ignis urit; лѣта твоя неwскꙋдѣют anni tui non deficient.

§. 4. Vocativus est vicarius Nominativi. Subjectum itaque, quod alloquimur, aut nomine suo compellamus, casu vocativo exprimendum est: боже, господи, спасителю, жено, богородице, царице, владычице, госпоже, дѣво марїе мати etc. едине, истинне праведне, щедре и милостиве.

α. воскресни боже, exurge Deus.

β. прїиди брате мой, veni frater mi.

δ. благослови владыко, benedic Domine.

ε. отче наш иже еси etc., pater noster, qui es etc.

ζ. вскꙋю прискорбна еси дꙋше моя, quare tristis es anima mea.

η. боже святый владыко, небесный Іс҃е Х҃е царю, Deus sancte Domine, coelestis Jesu Christe rex.

S.

Digitized by Google

h. жива бȣдет дȣша ваша, vivet anima vestra.

i. сїе есть праведно, hoc est justum.

k. блажени сȣть раби тїи, beati sunt servi illi.

l. вси пȣтїе его прави, omnes viae ejus rectae.

m. затворены быша двери, clausae erant fores.

n. стрѣлы младенецъ быша язвы их, sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum.

o. бахȣ же и жены издалеча зрящe, erant autem et mulieres de longe aspicientes.

p. твоя сȣть небеса, tui sunt coeli.

q. вся моя твоя сȣть, omnia mea tua sunt.

r. сїя словеса истинна божїя сȣть, haec verba Dei vera sunt.

s. та сȣть скверняща человѣка, illa sunt quae polluunt (τὰ κοινοῦντα) hominem.

t. егоже клятвы оуста его полна сȣть, cujus maledictione os ejus plenum est.

Vides hic omnia, quae de Subjecto praedicantur, numero et genere, copulam etiam persona, cum Subjecto convenire.

§. 2. In tertia persona copula (есть et сȣть) saepe subintelligitur, quin exprimatur:

u. свято и страшно имя его sanctum et terribile nomen ejus.

x. заповѣдь господня свѣтла просвѣщающая очи praeceptum Domini lucidum illuminans oculos.

γ. сотове медовніи словеса добра, favi mellis verba bona.

δ. небо высоко, земля же глубока, сердце же царево неωбличително (olim необличнo) coelum excelsum, terra autem profunda, cor vero regis argui non potest (ἀνεξέλεγκτος); Vulg. coelum sursum et terra deorsum et cor regum inscrutabile.

§. 3. Omnia verba, dum Praedicatum agunt, copulam includunt: око видит, oculus videt, оухо слышит, auris audit, птица летит avis volat, огнь палит ignis urit; лѣта твоя неωскудѣют anni tui non deficient.

§. 4. Vocativus est vicarius Nominativi. Subjectum itaque, quod alloquimur, aut nomine suo compellamus, casu vocativo exprimendum est: боже, господи, спасителю, жено, богородице, царице, владычице, госпоже, дѣво маріе мати etc. едине, истинне, праведне, щедре и милостиве.

α. воскресни боже, exurge Deus.

β. пріиди брате мой, veni frater mi.

δ. благослови владыко, benedic Domine.

ε. отче наш иже еси etc., pater noster, qui es etc.

ζ. вскую прискорбна еси душе моя, quare tristis es anima mea.

η. боже святый владыко, небесный Іс҃е Х҃е царю, Deus sancte Domine, coelestis Jesu Christe rex.

S.

з. возлюблю тя господи крѣпосте моя diligam te domine, fortitudo mea.

і. радости моя, избави мя, gaudium meum, libera me.

Nunc in correcta Psal. 17, 2. крѣпосте, et Ps. 31, 7. радосте, male utique. Antiquae enim editiones крѣпости, радости legunt. Sic et Psalt. Venetum et Codd. Mss. Confer supra p. 481.

§. 5. Quod de duobus Subjectis, etiam diversis, praedicatur, numero duali exprimere amant Slavi veteres, cui tamen in libris impressis pluralis non raro substitutus fuit, praecipue in 1. persona.

а. мы подобострастна есвѣ вам человѣка благовѣствующа вам Act. 14, 15. Ostrog. мы quidem est in plurali pro вѣ seu ва, есвѣ in duali pro есва, in quibusdam editis есма. In correcta plurales подобострастни есмы человѣцы благовѣствующе substituti sunt.

в. мы оубо вправду: достойная бо по дѣлом наю восприемлева (alii вѣ — вспріемлевѣ) Luc. 23, 41.

в. аз и отец едино есвѣ olim (nunc есма pro masc. есва) Joh. 10, 30.

г. аз и Іωнафан сын мой станева in Mosqu. prima, (станевѣ in Ostrog., станем in correcta) 1 Reg. 14, 40.

д. въ храмѣ божїи ходиховѣ Psal. 54, 15. in Ostrog.
Melius Psalt. Ven. ходихова, correcta in pluralis идохомъ, ходихом.

е. гдѣ хощеши, уготоваевѣ Luc. 22, 9. Cod. Kop. уготоваем in editis.

ж. вам вѣ благовѣствуевѣ Act. 13, 23. in Damiani Apostolo. Confer p. 491.

ѕ. пойдевѣ убо на поле Gen. 4, 8. in Ostrog. пойдем in correcta.

з. да помнивѣ Gal. 2, 10. Mss. et Ostrog., помнима editiones mediae, помнїм postremae.

и. прїиди брате мой: изыдевѣ на село, въдворивѣся въ селѣхъ, оуранивѣ ви виноградѣхъ, видѣвѣ аще — Cant. 7, 11. 12. in Ostrog. Correcta plurales изыдем, водворимся, ураним, увидим substituit.

Confer quae p. 548. de terminatione masculina ва diximus. In Mss. quidem, quae mihi consulere licuit, pro masc. ва ubique вѣ reperi. Pro хощева, просива, садева, можева (Marc. 10, 35. 37. 39.) leguntur in Cod. Ossolinskiano, Kopit. et in Ostrog. editione хощевѣ, просивѣ, садевѣ, можевѣ. In Damiani Apostolo constanter вѣ in utroque genere usurpatur: имавѣ, давѣ, помнивѣ, можевѣ, вѣзмившаеся оба, да поспѣшивѣ, in Praeteritis ходиховѣ, видѣховѣ, слышаховѣ, проповѣдаховѣ etc. Sic in poemate de Igore оба есвѣ, вѣ-опоутаевѣ.

Se-

Secundae et tertiae dualis exempla cape e Lucae capite 24. postremae editionis.

і. и се два ѿ них бѣста идꙋща в тойже день в весь — v. 13. и та бесѣдоваста к себѣ — v. 14.

к. и бысть бесѣдꙋющима има и совопрошающимася (Ostrog. съвопрашающимаса) v. 15.

л. очиже ею держастѣся, да его не познаета v. 16.

м. рече же к нима: что сꙋть сїа, ѡ нихже стязаетася к себѣ идꙋще (Ostrog. идꙋща) и еста дрехла v. 17.

н. и рече им (Ostr. има): кїих; онаже рѣста емꙋ v. 19.

о. и той рече к нима (Ostr. к ним): ѡ несмысленнаа и косна сердцем v. 25.

п. и приближишася (plural.) в весь, в нюже идяста v. 28.

р. и нꙋждаста его, глаголюще (plur.): ѡблязи с нама — и вниде с нима ѡблещи (Ostrog. облежти) v. 29.

с. онѣма же ѿверзостѣся очи и познаста его v. 31. (Ostrog. ѿверзостаса masc. pro femin.)

т. и рекоста к себѣ: не сердце ли наше горя бѣ в нас v. 32. Ostrog. наю in Gen. duali, et нам in Locali duali.

ꙋ. и воставша в той час, возвратистася — и ѡбрѣтоста v. 33. и та повѣдаста v. 35.

>. онѣ же пристѹпльшѣ (Ostr. et Mss. пристѹпльши) исстѣся за нозѣ егѡ и поклонистѣся емѹ Matth. 28, 9. Mardarii editio поклонистася, Cod. Mss. etiam ястася, mascul. pro feminino.

к. посластѣ ѹбо сестрѣ к немѹ, глаголюще (plur.) Melius Ostrog. in duali глаголющи Joh. 11, 3.

ѿ. аще же брат или сестра нага бѹдета и лишени (plur.) бѹдета дневныя пища Jac. 2, 15. Sic Ostrog. At Damiani Apost. лишена in duali. Correcta in plur. наги бѹдѹт, лишени бѹдѹт.

Anomalia generis etiam in secunda et tertia persona locum habet. In his autem masculina terminatio та pro feminina тѣ usurpatur, etiam in Codd. antiquis. In Damiani Apostolo єста pro єстѣ. милость и правда срѣтостѣся, правда и мир ѡблобызастася Ps. 84, 11. in correcta. Ostrog. vero et Psalt. Ven. срѣтостася habent. At Psalm. 13, 7. идѣже столстѣ нозѣ егѡ omnes tres conspirant. Pluralem Verborum cum duali Substantivorum constructum jam in editione Ostrog., saepius tamen in correcta invenias: очи ваши оузрят pro оузритѣ. Zach. 13, 8. correcta editio plurales потребятся, изчезнѹт cum duali двѣ части ея construit. Ostrog. vero duali utitur: двѣ ея части потребитеся и оугиблете, vitiose utique pro потребитѣся, оугиблетѣ, qui Mosqu. prima recte emendavit.

§. 6. Substantivo collectivo singulari jungitur Verbum in singulari: сонм людей ѡбыдет та Psal. 7, 8. synagoga populorum circumdabit

te;

te; оумолча же все множество Act. 15, 12. tacuit autem omnis multitudo. Saepe tamen etiam in plurali

1. кто сѹть братїѧ моѧ Matth. 12, 48. Qui sunt fratres mei?
2. цѣлѹют вы (вас) сѹщаѧ сомною братїѧ Phil. 4, 21. Salutant vos, qui mecum sunt, fratres.
3. сонм лѹкавых ѡдержаща мѧ Psal. 21, 17. Concilium malignantium obsederunt (obsedit) me.
4. рци ꙗкѡ каменїе се (сїе) хлѣбы бѹдѹт Matth. 4, 3. Dic ut lapides hi panes fiant.
5. воскликнѣте богови всѧ землѧ Psal. 97, 4. Jubilate Deo omnis terra. Hic tamen Slavus magis graecum textum exprimere studuit.

Sic остаток людей идоша. Apud Nestorem pluralis Verbi cum Collectivo saepissime legitur: прок лодей (людий) возвратишась на повѣт (residuum navium); идѹт рѹсь и начали сѹть; повѣдахѹ кождо своим и єликої нас кресьтиане есмо (есмы).

Exemplum secundum docet Adjectivum cum collectivo connecti in singulari. At non desunt exempla, in quibus adjectiva etsi coacte in plurali construuntur. немощным братїи 1 Cor. 8, 9. Ostrog. infirmis fratribus. At correcta delevit братїи cum in Graeco non legatur. 3 Macch. 4, 5. Ostrog. ведаше бо са старец множество, сѣдинами оубѣлены и — слачены; correcta melius ведомо бо баше престарѣлых множество сѣдинами украшенных, — слаченых, referendo participalia adjectiva ad Genitivum престарѣлых. Psalt. 151, 5. братїѧ моѧ добри и велицы,

и не благоволи в них гдь. Melius Psalt. Ven. добра и велика, quamvis в них (ἐν αὐτοῖς) in plurali legat, quod ad collectivum femininum братїа referendum erat.

Numeralia пѧть, шесть etc. considerari possunt ut Collectiva neutra, hinc etiam cum iis verbum in plurali subinde construitur: поѧша ю седмь Marc. 12, 22. acceperunt eam septem (οἱ ἑπτά), at v. 20. седмь братїи бѣ septem fratres erant. Vide infra Syntaxim Numeralium.

